ESAU

GLOSSAE AD REM
LIBRARIAM ET
INSTITUTIONEM
SCHOLASTICAM
PERTINENTES

GLOSSAE AD REM LIBRARIAM ET INSTITVTIONEM SCHOLASTICAM PERTINENTES

DISSERTATIO INAVGVRALIS

QVAM AVCTORITATE ET CONSENSV AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM IN ACADEMIA PHILIPPINA MARPVRGENSI ORDINIS AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

GVSTAVVS ESAV
BERGHEIMENSIS

MARPVRGI CATTORVM
TYPIS ACADEMICIS ROBERTI FRIEDRICH
MCMXIV

DISSERTATIO AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORVM ORDINE REFERENTE THEODORO BIRT PROBATA EST DIE VI MENSIS FEBRVARII A. MCMXIV

THEODORO BIRT

S.

Praefatio.

Quamquam glossae ad rem librariam illustrandam iam saepius a viris doctis, inprimis a Theodoro Birt magistro venerabili, sunt adhibitae, tamen in hanc materiam denuo accuratius inquirere mihi proposui. Nam singulis quidem glossis usi sunt viri docti, sed nemo totam hanc quaestionem plene atque seorsum pertractavit. Qua in quaestione maxime valent ad rei librariae cognitionem eae glossae, quae extant in capitibus vol. III C. Gl. L. *de ludo litterario* vel similiter inscriptis.[1]) Neque vero aspernatus sum reliquas glossas, quamquam non semper pro certo diiudicari potest, utrum haec vel illa earum sit afferenda necne. Cum hac autem quaestione cohaeret tam arte altera illa, quae est de institutione scholastica, ut nisi una tractari non posse mihi videantur. Propterea etiam omnia ad hanc rem spectantia e glossariis colligere in animo mihi versatur. Sed non modo collegi glossas, sed etiam interdum — quantum potui — emendare et ad fontes revocare conatus sum. Liceat autem monere in hac dissertatione inter alia etiam multa inveniri, quae iamdudum doctis nota sunt; sed omnem materiam congesturus plenumque opus paraturus sum.

In glossis exhibendis varias lectiones non adnotavi nisi ubi in re explananda alicuius momenti sunt; eas autem formas, quae nihil nisi meri librariorum errores videntur esse, emendatas in textu posui, quae debentur sermoni vulgari, non immutavi. Emendationes vel coniecturas et locos, quos adscripsit Goetz in vol. VI et VII C. Gl. L., littera G significavi; ubi ipse fontem vel locum consimilem indagavisse mihi videor, non solum locum citavi, sed etiam semper fere exscripsi.

---

1) stellula significatae sunt.

Quibus usus sum quaeque inspexi opera hoc loco enumerare mihi liceat una cum compendiis, quae leguntur in textu.

Corpus glossariorum Latinorum ed. G. Goetz et G. Gundermann, Leipzig 1888—1903 = C. Gl. L.

G. Loewe, Glossae nominum, Leipzig 1884 = Gl. N.

G. F. Hildebrand, Glossarium Latinum, Göttingen 1854.

L. Diefenbach, Glossarium Latino-Germanicum, Frankfurt a. M. 1857.

L. Diefenbach, Glossarium novum, Frankfurt a. M. 1867 = Gl. Nov.

G. Loewe, Prodromus corporis glossariorum Latinorum, Leipzig 1876 = Prodr.

G. Goetz, Der liber glossarum, Abh. d. kgl. sächs. Ges. der Wissensch. 1893 = lib. gloss.

G. Goetz, Pauly-Wissowa R. E. VII_1 p. 1433 sqq.

W. Heraeus, Die Sprache des Petron und die Glossen, Progr. Offenbach a. M. 1899.

W. Bannier, Die römischen Rechtsquellen und die sogenannten Cyrillglossen, Philologus XXV 238 sqq.

H. Rönsch, Itala und Vulgata, Marburg und Leipzig 1869.

H. Schuchardt, Der Vocalismus des Vulgärlatein, Leipzig 1866—68.

Th. Birt, Rhein. Mus. 52 suppl.

G. Cohen, Suffixwandlungen im Vulgärlatein, Halle 1891.

Neue-Wagener, Formenlehre der lateinischen Sprache^3, Leipzig 1892—1905.

E. Löfstedt, Beiträge zur Kenntnis der späteren Latinität, Upsala 1907.

E. Löfstedt, Philologischer Kommentar zur peregrinatio Aetheriae, Leipzig 1912.

W. Schulze, Orthographica, ind. lect. Marp. 1894 et 1894/95.

E. Appel, De genere neutro intereunte in lingua Latina, Erlangen 1883.

W. Schmitz, Beiträge zur lateinischen Sprach- und Literaturkunde, Leipzig 1877.

J. Frank, De substantivis verbalibus in -tus (-sus) desinentibus, Greifswald 1913.

L. Sommer, De prosthesi et aphaeresi e glossariis Latinis illustrandis, Jena 1900.

E. Weissbrodt, De r et l consonantium Latinarum mutua ratione praecipue e glossariis Latinis illustranda, Jena 1899.

H. Hagen, Gradus ad criticen, Leipzig 1879.

Mitteis-Wilcken, Grundzüge und Chrestomathie der Papyruskunde, Leipzig-Berlin 1912.

Th. Birt, Das antike Buchwesen in seinem Verhältnis zur Litteratur, Berlin 1882 = Buchw.

Th. Birt, Die Buchrolle in der Kunst, eine archäologisch-antiquarische Untersuchung, Leipzig 1907 = Buchr.

Th. Birt, Kritik und Hermeneutik nebst Abriss des antiken Buchwesens, München 1913 = Kr. u. H., Abr.
K. Dziatzko, Untersuchungen über ausgewählte Kapitel des antiken Buchwesens, Leipzig 1900.
K. Dziatzko, Pauly-Wissowa R. E. II 553 sqq.; III_1 p. 405 sqq.; 939 sqq.; 974 sqq.
W. Schubart, Das Buch bei den Griechen und Römern, Berlin 1907.
W. Wattenbach, Das Schriftwesen im Mittelalter, Leipzig 1871.
R. Gräfenhain, De more libros dedicandi apud scriptores Graecos et Romanos obvio, Marburg 1892.
E. Sprockhoff, De libri, voluminis, *βίβλον* sive *βιβλίον* vocabulorum apud Gellium, Ciceronem, Athenaeum usurpatione, Marburg 1908.
A. Schumrick, Observationes ad rem librariam pertinentes, Marburg 1909.
M. Krämer, Res libraria cadentis antiquitatis Ausonii et Apollinaris Sidonii exemplis illustratur, Marburg 1909.
L. Jeep, Zur Geschichte der Lehre von den acht Redeteilen bei den lateinischen Grammatikern, Leipzig 1893.
L. Grasberger, Erziehung und Unterricht im class. Altertum, Würzburg 1875.
A. Graefenhan, Geschichte der classischen Philologie im Altertum, Bonn 1843—1850.
M. Roger, L' enseignement des lettres classiques d' Ausone à Alcuin, Paris 1904—1905.
Thesaurus linguae Latinae = Th. l. l.
Archiv für lateinische Lexicographie und Grammatik ed. E. Wölfflin = Arch.
Realencyclopaedie ed. Pauly-Wissowa = R. E.
Corpus inscriptionum Latinarum = C. I. L.
Edictum Diocletiani de pretiis rerum venalium ed. Mommsen et Blümner, Berlin 1893 = Edict. Diocl.
Grammatici Latini ed. H. Keil, Leipzig 1855—1880 = gr. lat.
Rhetores Latini minores ed. C. Halm, Leipzig 1863 = rhet. lat.
Scriptores rei metricae ed. Th. Gaisford, Oxford 1837 = scr. r. m.

Quibus praemissis transeamus ad rem ipsam. Haec autem dispositio apta esse mihi videtur.

I. De institutione scholastica agitur generatim.
II. De studio scribendi, calculandi, legendi.
III. De arte grammatica et metrica.
IV. De re litteraria.[1])

---

1) De re rhetorica dis volentibus alibi quae collegi editurus sum.

De institutione scholastica agitur generatim.

***accipio** i. e. discenda vel recitanda accipio. III 71, 13 *ελαβον accepi*; it. III 71, 41. 377, 48.

addisco. II 422, 16 *προσμανθάνω addisco*; it. III 155, 13.

ademarus? V 490, 20 *ademaros discipulos*; fortasse obscuro huic lemmati subest *alumnos*, quod proponit Birt.

alers. II 401, 26 *πεπαιδευμενος alers, doctus, eruditus*; sim. II 566, 13. IV 307, 20 cet. — V 520, 6 *allers sollers*; cf. Hildebrand l. l. p. 6[b] 72; Landgraf, Arch. IX 362; Heraeus, Arch. X 515.

amator verborum. II 471, 39 *φιλολογος amator verborum studiosus*; cf. Rufin. hist. 4, 16, 3 „non philosopho i. e. non amatore sapientiae." — V 360, 1 *filologoys rationis vel verbi amatores* (Epin.). Quam glossam spectare ad Hieron. de vir. ill. 20 „apud philologos ingenii eius iudicium est" verisimile videtur.

anguilla. V 491, 30 *an⟨guilla⟩ genus flagelli*; — V 615. 24 *anquilla est qua coercentur in scolis pueri, que vulgo scotica dicitur* = Isid. orig. V 27, 15 G; cf. gloss. ad Hor. serm. 1, 1, 3.

***antescholanus.** III 198, 24 *prostocholos ante scolanum.* Quod pertinet ad rem, bene de hac glossa egit Heraeus l. l. p. 23; sed *πρόσχολος* scribendum esse, quae vox apud scriptores Graecos nusquam legitur, mihi non persuasit. Nulla enim re *πρωτόσχολος* in suspicionem vocari potest; nam quod apud nonnullos scriptores Latinos *proscholus* invenitur,

in hac re diiudicanda nullius momenti videtur. Contra *πρωτόσχολος* et illo *prostocholos* et *πρωτοσχολος* lemmate (III 277, 32 s. i.) commendatur et probatur. Est autem *πρωτόσχολος* mea quidem sententia primus discipulorum, qui quasi subdoctoris munere fungitur, id quod intellegitur ex his verbis (coll. schol. III 646): *καὶ τὰς συλλαβὰς κατέλεξεν τούτοις εἷς τῶν μειζόνων et syllabas praebuit eis unus de maioribus.* Praeterea, ut *πρωτοσχολος* forma probabilior fiat, afferam haec exempla: C. Gl. L. II 139, 21 *optimates πρωτοπολιται* (e); ibid. V 126, 43 *optimates primarii viri*; III 297, 71 *πρωτοδεκανος primus virgariorum*; in mss. aevi medii *protonotarius* saepe commemoratur et *antesignani πρωτοστάται* dicuntur aliaque id genus. Quibus in compositis *ante* vel *πρωτο-* non solum ad locum pertinet, ut dicit Heraeus l. l., sed etiam ad qualitatem. Itaque *πρωτόσχολος* vel *antescolanus* — quantum ego video — eum discipulum significat, qui aliis locis *archischolaris* nominatur.

*apodixis. IV 310, 3 *apodixes ostensio*; it. V 338, 44 cet. — IV 207, 13 *apodixen ostensio, provatio vel exemplum*; sim. V 267, 1; cf. Heraeus l. l. p. 27. — III 109, 66 sqq. *θελο γαρ* (sc. pater discipuli) *και αποδειξιν λαβειν volo enim et experimentum accipere.*

*auditor. III 352, 3 *auditores ακροαται*; it. III 24, 47. 199, 13 cet.

*auditorium. III 24, 46 *ακροατηριον auditorium*; it. II 26, 3; 223, 54 cet. — III 115, 22 sq. *προς το[ν] ακουατεριον ad auditorium.* — II 528, 61 *auditorium acroasis*; cf. Sulp. Sev. dial. 3, 1, 1 „hic presbyter, qui hesterno auditorium amisit“ (i. e. audire non potuit, quae heri dicta sunt). — V 430, 35 *auditorio scola legentium*; cf. Euseb. eccl. hist. XI 9 G. — cf. s. v. **ludus**.

*auditus. III 25, 19 *ακοη auditus*; cf. III 655, 2 *ἀκοή, μνήμη . . . . τεχνίτην ποιεῖ auditus, memoria . . . artificem facit.*

*bonas horas. III 111, 5 *καλας ωρας bonas horas!* Haec verba locutus magister discipulum ad prandium dimittit; quae verba, num alio loco sic inveniantur, nescio; ceterum cf. Mart. 1, 113, 3 „male collocare, si bonas voles horas."

*bona instituta, V 443, 38 *bona instituta bona doctrina*; cf. Quint. 1, 1, 1 „optimis institutis mentem infantium informare."

capsa. III 20, 44 *καμπτρα capsa*; it. III 92, 18. 197, 68. 366, 10. — II 338, 13 *καμπτρα campsa.* — III 369, 49 *capsa καπτρον.* — II 545, 16 *campsa καμπτριον.* — III 269, 53 *κιβωτος arca, capsa*; cf. Hesych. *κάμψα θήκη, γλωσσόκομον*; gr. lat. IV 581, 25 *κάμπτριον campsa*; schol. ad Hor. epist. 2, 1, 113 „scrinia capsas dicit . . . , in quibus scripta omnia reponantur;" Paul. Fest. p. 48 „capsae a Graeco appellantur; has illi *κάμπτρας* dicunt."

*capsarius. III 199, 16 *camptoforos capsarius.* — III 278, 8 *καμτοφορος* s. interpr.; *ρ* littera post *τ* facilius eloquendi causa intercidisse videtur. — III 369, 50 *capsarium καπτρον φορον* (= *καπτροφόρον*); cf. Edict. Diocl. 7, 75 *καμψαρίῳ*; C. I. L. III p. 2328 [59] *καψαρίῳ*; Ulp. dig. 40, 2, 13 „capsarius i. e. qui portat libros."

catechesis. V 352, 18 *catacesseis doctrinae.* — V 429, 48 = 421, 1 *cataceseos doctrinae*; cf. Euseb. eccl. hist. VI 22 G; praeterea Hieron. tract. in psalm. 1 p. 31, 1 „de principio catecheseos"; de vir. ill. 54. — V 352, 4 *catacesseon doctrinarum*; refer ad Hieron. de vir. ill. 38 G. — cf. s. v. magister.

catechizo. IV 213, 19 *catezizat*(d) *edocet, redarguit*; sim. V 626, 51. IV 490, 12. — V 410, 20 *catezizatur inbuitur*; cf. can. conc. Nic. 2 G. — V 352, 6 *catechizati instructi*; cf. canon. Migne 56, 389A „catechizati vel instructi". — V 445, 1 *catecizatur arguit, obiurgat, instruit.* — IV 28, 10 *caticizat⟨us?⟩ imbuitus, structus* (*imbuit* b c d). Formae passivae et activae inter se permixtae videntur esse.

catechuminus. IV 490, 10 *caticuminus instructus*; it. V 272, 53; cf. Aug. in Joh. 4, 13 „catechumenus est instructus“. — IV 213, 18 *caticuminus instructus vel audiens* = Eucher. instr. p. 160, 15 G. — V 352, 17 *catecuminus de foris audiens*; cf. Nicet. instr. 1 frg. 2 p. 7, 11 „catechumenus .... de foris audiens mysteria“. — V 410, 22 *cuticumini grece latine instructi vel auditores*; cf. can. conc. Laod. 19; Nic. 14; Neocaes. 5; Isid. orig. 7, 14, 7 G; epist. pontif. Gelas. frg. 49 „catechumeni latine dicuntur instructi vel audientes“.

*cathedra. III 198, 49 *tronos cathedra*; cf. Isid. orig. 20, 11, 19 „subsellia vero ceterorum, cathedrae doctorum“. Cassiod. in psalm. 1, 1 „cathedra proprie doctoribus datur“.

cavilla? II 98, 34 *cabillem διδασκαλιαν, παιδευσιν*. Quid huic glossae in serie glossarum ab *c* littera incipientium traditae subsit, nescimus; expectes *disciplinam* = [*dis*]*ciplinam* (Birt).

*classis. III 382, 49 sqq. *per duas classes, tardiores et velociores κατα δυο ταξεις, βραδυτεροι και ταχυτεροι*. — III 646, 2 *et ego in prima classe dictatum excepi καὶ ἐγὼ ἐν τῇ πρώτῃ τάξει ἅμιλλαν ἔλαβον*; cf. Quint. 1, 2, 23 „qui cum pueros in classes distribuerent“.

condiscipulatus. II 443, 17 *συμφοιτησις condiscipulatus*.

*condiscipulus. III 351, 71 *condiscipuli συμμαθηται*; it. III 25, 23. 198, 27 cet. — III 327, 15 *σινφοιτητης condiscipulus*. — II 574, 10 *coactor condiscipulus, cooperator* (a b). Cui glossae contaminatae fortasse hae glossae lucem afferunt: II 102, 21 sqq.: *coactus αναγκασθεις, coaecuales ομηλικες, coactor κωμακτωρ*. Ut haberet glossas mere latinas, glossographus l. l. fortasse scripsit: *coaecualis condiscipulus, coactor cooperator*; deinde lemma *coaecualis* interisse putandum est. *coactor* = „qui aliquid simul agit“ nullo alio loco invenitur; sed cf. hanc glossam *coactor συμπρακτωρ* III 442, 27.

condisco. II 342, 11 *καταμανϑανω condisco.* — II 108, 9 *condiscit μελετᾳ.* — II 442, 13 *συμμανϑανω condisco.* Huius significationis Th. l. l. unum exemplum affert: Apul. flor. 18 p. 82; cf. C. Gl. L. IV 38, 37 *constuduit simul cum illo studuit.*

***conversatio.** II 115, 34 *conveısatio αναστροφη, διαγωγη, βιος.* — III 69, 41 sq. *περι συναναστροφης de conversatione.* Discipulos saepius de conversatione cottidiana scripsisse elucet ex his verbis pueri: *εὐτυχῶς ἔγραψα περὶ ὁμιλίας καϑημερινῆς feliciter scripsi de sermone cotidiano* (III 644, 25), itemque e verbis magistri: *ὁμιλία, ἀναστροφή, τριβὴ καϑημερινὴ ὀφείλει δοϑῆναι πᾶσιν τοῖς παισίν, τοῖς μικροῖς καὶ τοῖς μείζοσιν, ἐπειδὴ αναγκαῖά εἰσιν sermo, conversatio, usus cotidianus debet* eqs.

***correctio, corrector.** II 278, 27 *διορϑωσις correctio, emendatio*; it. III 25, 27. — II. 305, 53 *επανορϑωσις correctio, emendatio.* — II 346, 31 *κατορϑωσις correctio, in⟨ter⟩pretatio.* — II 278, 26 *διορϑωτης corrector, emendator.* — II 305, 54 *επανορϑωτης* (e) *corrector, emendator.*

corrigo. II 346, 32 *κατορϑω corrigo.* — II 305, 55 *επανορϑω recorrigo, corrigo, emendo*; cf. Heraeus l. l. p. 7. — II 278, 28 *διορϑουμαι emendo, corrigo* — II 116, 40 *corrigit επανορϑουται.* — V 532, 5 *corrigere emendare.* — IV 325, 40 *corripit* (= -git) *erudit.*

dedisco. II 239, 1 *απομανϑανω dedisco.* — V 449, 23 *dedisco, dedici nescio.* — V 284, 1 *dediscere nescire*; it. V 406, 16. IV 504, 12. — II 40, 11 *dedicit εμβαϑεν.* Recte tradita est glossa in codice g, qui praebet: *dedidicit ἀπέμαϑεν*; non enim emendandum est: *didicit ἔμαϑεν* (cf. II 445, 40 *ομβιλια = ὁμιλία*) propter ordinem litterarum, qui accuratissime in hoc glossario servatur. — V 188, 13 *dediscere est amittere quod dicebaris* (cod. Vat. 1773 *diceris*) *late longe que togetram quillior* (cod. Vat. 1773 *tranquillior*) *usui dedicit iam pacem ducem hoc est amisit* = „est amittere

quod didiceris. Lucanus: longoque togae tranquillior usui De⟨di⟩dicit iam pace ducem hoc est amisit" (Phars. I 130 G).

dedoceo. II 236, 3 *αποδιδασκα dedoceo*; it. II 40, 8. — IV 227, 45 *dedocere de doctrina evacuare.*

delticus. V 596, 62 *delticus literatus, doctor.* — V 633, 37 *delticus literatus, doctus.* — V 618, 23 *delticus est literatus. Delticus* vocem trahendam esse a *δέλτος* mihi verisimile non videtur; corruptam potius esse glossam puto, praesertim cum librarius verba quae scripsit, vix intellexerit (cf. V 596, 20 *comodia hostiaria* = historia). Itaque haud scio an legi possit aut: *dialecticus literatus, doctor,* aut: *deltion liturarius* (sc. codicillus); nam *doctor* vel *doctus* glossae corruptae postmodo adiectum esse suspicor.

didascalum? V 287, 44 *didasculum institutio doctrinae.* Pro *didasculum didascalion* (= *διδασκάλιον*) scripserim. — V 424, 25 *didascalum doctorale.* Aut corrigendum est: *didascalicum doctrinale* (cf. Cassiod. inst. praef. „licet omnia doctrinalia dicere valeamus, quaecumque docent".), aut quod verius, *didascalium* (= *διδασκαλεῖον*) *doctorale,* ut *doctorale,* quae vox nusquam alibi occurrere videtur, *διδασκαλεῖον* significet, item atque *magisteriale* (cf. Du Cange s. v.).

didascalus. IV 55, 4 *didascalus doctor*; it. V 408, 51; gloss. Werth. Gallée 337. — IV 506, 17 *didascalorum magistrorum.* — V 356, 18 *dedasculum* (= didascal⟨or⟩um?) *magistrorum*; it. V 405, 26. *Didascalus* primum extare videtur in cod. Theod. (a. 415) 16, 9, 3, praeterea C. I. L. VIII 9088; saepius legitur apud poetas aevi Carolini, ubi etiam *mathites.*

***dimitto** (sc. discipulos domum vel ad prandium). III 378, 3 *dimisit απελυσεν*; it. III 71, 44. 71, 48. 377, 74 et saepius; cf. Mart. 9, 68, 11 „discipulos dimitte tuos".

***disciplina.** III 25, 26 *επιστημη disciplina*; it. III 198, 28. — III 352, 10 *disciplina αγωγη*; it. III 487, 42. — II 218, 2 *αγωγη επι της αναγωγης disciplina.* — II 51, 2 *disciplina αγωγη, επιστημη, μαθεσις.* — II 51, 45 *disciplina αγωγη μαθησεως.* — II 311, 15 *επιστημη disciplina, peritia.* — II 392, 5 *παιδεια disciplina, eruditus, eruditio*; sim. III 404, 20. — III 499, 53 *mathesis disciplina.* — IV 332, 2 *disciplina erudicio, doctrina.*

discipulatus (subst. et adj.). II 510, 41 *discipulatus μαθησις* (b in marg. *μαθήτευσις*). *Discipulatus* et *discipulum esse* significat (cf. Tert. de praescr. 22) et idem fere quod *disciplina* vel *doctrina* (cf. Cassian. inst. II 12, 13; Cassiod. var. 5, 40). — IV 55, 36 *discipulati edocti*; it. IV 228, 57. 506, 34. V 190, 22. 597, 16.

***discipulus, discipula.** III 277, 34 *μαθητης discipulus*; it. III 70, 33 et multis aliis locis. — III 25, 22 *μαθηται discentes, discipuli.* — III 352, 9 *discipulae μαθητριαι.* In capite, quo agitur de ludo litterario, commemorantur etiam *puellae κοραι* (III 352, 13) et *virgines παρθενοι* (III 352, 14). — V 554, 22 *mathites discipulus.*

***disco.** III 377, 20 *disco μανθανω*; it. III 70, 49. 70, 50. 71, 39. 380, 38 cet. — IV 57, 46 *disce cognosce*; it. IV 505, 44.

***doceo.** III 277, 28 *διδασκω doceo*; it. III 109, 7 cet. — II 54, 31 *docet διδασκει, παιδευει.*

docibilis. II 54, 15 *docibilis ευδιδακτος, ευμαθης*; it. II 55, 44. — III 331, 53 *ευμαθης docibilis*; it. III 373, 6. 493, 59. 519, 41. — II 276, 13 *διδακτικος docibilis*; cf. Vulg. 1. Tim. 3, 2. — III 178, 20 *pepedyimenos docibilis.* — V 618, 32 *docibilis est qui facile discitur*; cf. Prisc. gr. lat. III 219, 16 „docibilis qui facile discitur". — V 63, 4 *docibilis pro dociles creditum, dicimus enim utrumque et docibilis et doci[bi]lis* (cod. Vat. 1773: *docilis*). — V 551, 35 *docibiles qui ab aliis docentur.*

docibilitas. II 54, 17 *docivilitas παιδευσις, ελλογιμοτης.* — II 55, 48 *docivilitas διδασκαλια*; cf. Boeth. C. S. E. L. 48. p. 4, 14 sqq. „et primum didascalicis quibusdam me imbue, quibus expositores vel etiam commentatores, ut discipulorum animos docibilitate (codd. C T m. 1 *docilitate*) quadam assuescant, utuntur".

docilis. II 318, 21 *ευμαθης docilis.* — II 316, 41 *ευδιδακτος docilis.* — IV 333, 26 *docilis docibilis*; cf. Prisc. gr. lat. III 219, 16 sqq. „docendus et similia, docilis et docibilis. sed docilis est qui facile docetur, docibilis qui facile discitur" (cod. O discit). Quibus a verbis Prisciani vel potius Isidori (orig. 10, 66) „dicitur et docilis, non quod sit doctus, sed quod doceri potest: est enim ingeniosus et ad discendum aptus" pendent hae glossae: V 618, 33 *docilis qui facile docetur, non quod sit doctus, sed quod doceri potest.* — V 508, 13 *docilis ingeniosus.* — IV 333, 35 *dolicis* (cod. b *docilis*) *ingeniosus et qui cito potest discere.* — IV 439, 9 *docilis qui doce⟨tur?⟩*; cf. IV 70, 5 *expungitur efficit, peragit*, ubi *-ur* supplendum esse apparet. — V 287, 48 *docilis ingeniosus vel qui docet⟨ur?⟩ vel qui legiś sit* (*legit* corr. m. 1, de quo dubitari potest). In his glossis *docetur* pro *docet* scribere non dubitarem (cf. supra V 618, 33), nisi extarent glossae sequentes: V 497, 53 *edocilis plus quam docens*; it. V 452, 44, porro V 551, 36 *dociles qui alius* (= alios) *docent,* ubi nihil aliud scribendum est propter glossam antecedentem quae est: V 551, 35 *docibiles qui ab aliis docentur.* Et in sequiore latinitate docilis idem fere significare videtur, quod doctus vel doctor; cf. poet. christ. min. I. C. S. E. L. XVI p. 105 v. 640 sq.: „Iam vero hoc quisnam digne percurrere possit tam docilem ornarit patientia quanta leporem"; cf. ind. ad hunc locum: „docilis = doctus (an ad docendum aptus?)"; l. l. p. 107 v. 2 sq.: ... „incondita murmura vocis indocilesque sonos". — IV 58, 33 *docilis sequax.* Qua ex glossa elucet interpretamenta inter se esse permutanda in his quae sunt

IV 58, 20 *docilis qui docet vel ingeniosus* et IV 58, 21 *doctor saequax.*

***doctor.** III 277, 29 *διδασκαλος doctor*; it. III 198, 19. 327, 10. 132, 61 cet. — III 352, 6 *dŏctor επιστατης.* — II 276, 12 *διδασκαλος doctor, praeceptor, magister*; sim. III 514, 55. IV 333, 30. — II 392, 9 *παιδευτης eruditus, doctor, eruditor.* — III 152, 22 *odigy* = (*οδηγοι*) *doctores* (vel *ductores?*). — III 496, 63 *kathegetus doctor.* De *kathegetus* forma cf. W. Schulze, Orthogr. II p. XV. — V 628, 12 *doctoribus maiestratis* = *magistris*, quamquam *magistratos* acc. plur. extat in Lugd. cod. Theod. VIII, XII 8 § 1 (Schuchardt l. l. I 189), et Huemer (Eranos 1893 p. 14) affert *virtutis* pro *virtutibus.*

***doctrina.** III 25, 24 *διδαχη doctrina*; it. III 198, 23. 132, 62. 446, 39. — III 327, 17 *διδασκαλια doctrina*; it. III 352, 7. II 54, 23 — II 54, 16 *doctrina διδαχη, διδασκαλια.* — II 276, 7 *διδαχη doctrina, doctus.* — II 276, 10 *διδασκαλια doctrina, magisterium.* — II 363, 60 *μαθησις doctrina*; it. III 339, 14. 446, 38. 515, 59 cet. — III 404, 29 *doctrina didacterion.* — IV 333, 31 *doctrina eruditio, disciplina.* — V 358, 14 *emiat nision* (= *μαθήσεων?* G) *doctrinae.*

doctrinum. II 276, 11 *διδασκαλιον doctrinum. Doctrinum* locum significare, ubi traditur doctrina, ex his glossis colligimus: III 205, 51 *iatrion medicinum*; III 306, 58 *κουριον tonstrinum*; II 354, 24 *κουριον tonstrina, tonstrinum, tonsorium*; III 306, 63 *σκυπον* (= *σκυτιον*) *sutrinum*; V 246, 24 *su[b]trinum locus ubi suuntur alique species.* De vocabulis huius modi cf. Heraeus l. l. p. 8 sq.

doctus (quartae decl.). II 276, 7 *διδαχη doctrina, doctus.* — II 392, 8 *παιδευσις doctus, eruditus, eruditio.* Nomina agentis quartae declinationis posteriore aetate saepius occurrunt (cf. Roensch, Itala u. Vulgata p. 88); *doctus* autem glossis solis traditum videtur. — Idem secundae decl.: II 55, 43 *doctus*

δεδιδαγμενος; it. II 266, 58. III 178, 44 cet. — II 401, 26 *πεπαιδευμενος alers, doctus, eruditus*; sim. passim. — II 55, 45 *doctus ελλογιμος*; it. II 55, 46. 55, 50. — II 318, 52 *ευπαιδευτος doctissimus*. — II 55, 49 *doctissimus διδασκαλικωτατος, ελλογιμωτατος*.

doctiloquus. V 618, 30 *doctilogus est docte loquens*; cf. Enn. ann. v. 582 „oratores doctiloqui"; apud scriptores aevi cadentis saepius legitur.

doctito. IV 508, 17 *doctitat frequenter docet*; it. V 597, 21; cf. Aug. de genes. ad litt. imperf. lib. cp. 6 „doctitantem (vel *doctitanter* codd. b d) ad discernendum adiuvat".

edisco. III 70, 51 *μελετω edisco*; it. III 70, 52. 377, 21. — III 646, 2 *εκμανθανω edisco*; it. II 291, 42. — III 381, 33 *ediscenda αναλημματα*. In hac significatione ἀναλήμματα extare non videtur aliis locis, sed vocem explicare vix necesse est; cf. II 48, 46 *dictatum αμιλλα, αναδεδομενον*. III 71, 13/14 *ελαβον και απεδωκα accepi et reddidi*. III 71, 39 sqq. *ηδη εμαθον οπερ ειληφα iam didici quod acceperam*.

edoceo. II 289, 24 *εκδηδασκω edoceo*. — IV 334, 29 *edocet bene docet*; it. IV 410, 25. — II 58, 56 *edocere αναδιδαξαι*. — II 58, 53 *edocere αποδιδαξαι*. Hoc loco librarius in Graeco erravit; nam nullo loco *edocere* significat *dedocere*, cf. II 236, 31 *dedoceo αποδιδασκω*; fortasse male vertit *e* praepositionem.

educarius. II 577, 50 *educarius nutritor, institutor*. Loewe, Gl. N. p. 42 annotat „ne hoc quidem reperio in bilinguibus; conicio *educatarius* = *educator* velut *rogatarius* (IV 387, 28)." Ego quidem, si quid mutandum est, proposuerim *eductarius*; cf. IV 59, 42 *educere instituere, enutrire*, IV 440, 3 *eductus institutus*. Sed monendum est extare in lege Salica (2 § 13) „ducaria scrofa" i. e. ductrix aliarum scrofarum, ut *educarius* vocem mutare vix audeam.

***elementarius.** II 578, 14 *elementarius qui discit abicitale* (*abicitarium* cod. b). — V 289, 5 *elementarius qui de elementis tractat*; it. V 548, 1. — III 327, 9 *στοιχευτης elementarius.* *στοιχευτής* forma e *στοιχειωτής* orta esse videtur; cf. *ἡμίσευς* pro *ἡμίσεως* (Mayser, Gramm. d. griech. Pap. p. 153, 3). Sed nusquam alibi *elementarius*, ut hoc loco, eum significat, qui elementa docet, sed qui discit. Quae tamen significatio vix addubitari potest, cum sic illa inter reliquas tradita sit glossa: III 327, 8 sqq. *γραμματοδιδασκαλος ludi magister. στοιχευτης elementarius. διδασκαλος doctor. επιστατης magister. καθηγητης praeceptor.*

***elementum.** III 277, 53 *στοιχειον elementum*; it. III 25, 28. 198, 47. II 438, 15 et saepius. — V 546, 51 *elimenta initia cuiuscumque rei vel littere*; cf. Isid. orig. 13, 3, 2 „Graeci autem elementa *στοιχεῖα* nuncupant"; Tert. Marc. V 4 „elementa autem apud Romanos quoque etiam primae litterae solent dici"; Mar. Victor. 1, 2, 8 „elementum est uniuscuiusque rei initium." De scripturis *alimentum, elementum, elimentum* cf. Birt, Arch. XV 153 sqq.

elucubratio. V 498, 7 *elogobrati⟨o⟩ explicatio.* — cf. V 619, 6 *elugubro est illumino vel expono, hin⟨c⟩ ⟨e⟩lugubratiuncula est expositiuncula vel illuminatio.* De voce cf. Paucker, Suppl. lex. lat. p. 234; deminutivum autem nusquam extat.

erudio. II 392, 10 *παιδευω erudio*; it. III 120, 21. II 62, 46. — IV 514, 49 *erudire docere.*

***eruditio.** III 25, 25 *διδασκαλια eruditio.* — III 352, 15 *eruditio παιδεια*; it. III 198, 56. 327, 18. II 62, 48. — II 536, 7 *eruditio pidusis* (*παιδευσις* codd. b e). — IV 337, 3 *eruditio disciplina, doctrina.* — II 392, 5 *παιδεια disciplina, eruditus, eruditio*; sim. II 392, 8. *Eruditus* subst. apud Tertullianum occurrit; cf. J. Frank l. l. — II 232, 37 *inerudicio* (*e*) *απαιδευσια*; cf. Vulg. Sir. 4, 30.

eruditor. II 392, 9 *παιδευτης eruditus, doctor, eruditor*; sim. III 501, 60.

eruditorium. IV 374, 54 *pedagogium ubi pueri erudiuntur*; it. IV 143, 4. — V 319, 56 *pedagogium eruditorium puerorum.* Quam glossam in suspicionem vocavit Landgraf (Arch. IX 408 sqq.) putans fluxisse ex hac: IV 139, 8 *pedagogum eruditorum* (*eruditorem* codd. a c d) *puerorum.* Quamquam habet, quod nobis persuadeat, tamen Landgrafio assentiri nulla re cogimur; nam nomina in *-orium* cadentia saepissime in posteriore latinitate inveniuntur. Praeterea Du Cange affert *eruditorium* = *διδασκαλεῖον* et Diefenbach „eruditorium seuolhus“.

eruditus. II 62, 49 *eruditus πεπαιδευμενος, ευπαιδευτος*; sim. passim. — V 359, 29 *eruditus quasi aure* (= e rudi?) *sublatus.* Birt: *quasi rure sublatus* (rus = rusticitas).

exercitatio. III 406, 8 *exercitationes adoleschias.* — V 454, 29 *exercitatio verbositas.* — V 499, 39 *exercitatio verbositas* (*studiositas, meditatio* add. m. 2).

***expositio.** III 375, 54 *expositio εκθεσις*; it. III 199, 21. — II 303, 21 *expositio εξηγησις*; it. III 382, 47. 122, 27. — II 287, 1 *expositio εισηγησις.* — cf. III 381, 67 *exposuit εξεθετο.* — II 287, 3 *εισηγουμαι expono.*

***feriae.** III 110, 68 sqq. *οτι αι αγριαι* (= *ἀργίαι*) *τους νεδας* (= *παῖδας*) *απεδευτους ποιοισιν* (= *ποιοῦσιν*) *quod faerie pueros indoctos faciunt.* — III 10, 19 *αργιαι feriae*; it. II 71, 24. III 83, 73. 171, 32. — II 244, 2 *αργειαι* (*αργιαι* cod. e), *αι σχολαι ferie singulare non habet.* — III 448, 42 *feriae απρακτοι ημεραι.* — IV 75, 27 *ferias cessationes ab operibus aut dies festi*[*s*]. Quam glossam esse revocandam ad Prudenti perist. 9, 75 sq. mihi persuasum est: „Non petimus toties te praeceptore negatas Avare doctor, iam scholarum ferias.“ Glossa enim ad hunc locum est: „ferias cessationes“. — V 413, 34 *feria* sine interpr. Quamquam grammatici (e. g. gr. lat. I 33, 13. C. Gl. L. II 244, 2 cf. supra) *feriae* esse plurale tantum docent,

tamen posteriore aetate numerus singularis huius vocabuli extat et quidem maxime apud scriptores ecclesiasticos; cf. reg. Bened. 13, 8 G; gr. lat. suppl. p. 241, 15 sq. „ideo pluraliter dicuntur feriae, licet abusive dicatur *prima feria, secunda feria.*" Qui numerus certum diem hebdomadis significat; cf. Cassian. inst. 5, 24; epist. II (= C. S. E. L. XXXV p. 619, 3) „ad Constantinopolitanam pervenimus civitatem secunda feria hebdomadis authenticae." Hanc significationem habere vocem non miramur legentes apud Cassianum (inst. 4, 19, 3. 3, 9, 1) *sabbatum* pro *hebdomas* voce. Gröber (Arch. II 284) omnes voces Romanicas a singulari *feria*, non a plurali huius vocis tractas esse demonstrat.

***ferula.** III 277, 55 *ναρθηξ ferula*; it. III 198, 50. Ferula volae manuum puerilium verberabantur; cf. Juv. I 15. Mart. 10, 62, 10. Salvian. de gubern. dei VI 92. Isid. orig. 17, 9, 95. — III 541, 11 *nartecos id est ferula.* — III 548, 18 *nartigus ferola.* — III 570, 5 *nartecus i. ferula.* Etiam alii nominativi huius modi a verbis Graecis tracti inveniuntur in glossis: II 215, 2 *abagus*; III 537, 44 *ciringos idest fistula*; III 556, 22 *cirizis i. fistula*; III 585, 2 *masticos i. masticis*; III 548, 43 *ponfolica* (= *πομφόλυξ*) cet. — V 599, 42 *ferula palmatoria, vola⟨to⟩ria* (ex Osb.?). Sic nominatur *ferula*, quod palmas vel volas percutiendas pueri neglegentiores in ludo litterario praebere solebant; cf. Diefenbach l. l. „palmatorium: schuolruot, dair men die schoelre myt sleyt"; Gl. Nov. „ferula do mit man die schueler in die hende schleht". *volatoria* autem scribere duce Goetzio pro *volaria* nulla re cogimur; nam ut a porta *portarius* = *θυρωρός* (2. Reg. 7, 11; cf. Roensch l. l. p. 132 sqq.), ita a vola *volarius* derivari potest; contra *supportatorius* a supportare, cf. Exod. 25, 27 „supportatoriis = *τοῖς ἀναφορεῦσιν.*" *Palmatoria* autem scribebat glossographus, quod *palmarius* adiectivum iam aliam significationem habebat. Praeterea monendum est

expalmare verbum occurrere in glossis: II 427, 31. 301, 42. III 67, 16. V 599, 15.

*grammaticus. III 375, 51 *grammaticus γραμματικος*; it. III 24, 39. 108, 23. 198, 61 cet. — IV 84, 1 *gramaticus doctor liveralium litterarum.* — IV 521, 14 *grammaticus doctus* (*doctor* b) *liberalium litterarum.* — IV 598, 28 *grammaticus scolasticus vel litteratus.* — III 511, 70 *grammaticus litteratus.* cf. Vocab. optim. ed. W. Wackernagel 1847 „scolasticus Schuolherre".

grammateus. IV 598, 27 *grammatheus litteratus.* — V 417, 5 *grammateos grammati⟨c⟩us*; cf. Hieron. comm. in Matth. 8, 19, 20 G. — V 569, 34 *grammetus qui per paginas legere potest.* — V 569, 35 *grammatus qui initium sumit legendi.* Lemma glossarum esse positum videtur pro *grammateus* (cf. W. Schulze, Orthogr. II p. XV); quomodo autem explicandum sit *grammatus*, vix ad lucidum perduci potest, nisi est contrarium *agrammatos* vocis. Monendum est in titulo quoque (C. I. L. XII 1921) extare *grammati* forma, quae quomodo explicanda sit viri docti non inter se consentiunt.

gymnasium. IV 588, 39 *gymnasium et palestra est et adiutorium* (= *auditorium* Warren) *magistrorum, unum dicitur de nuditate, alterum ab exercitatione*; it. IV 241, 37. — IV 599, 31 *gymnasium exercitationis locus, ubi aliquid docetur vel priores conveniunt, deambulatorium.* — V 205, 22 *gymnasius exercitationis cella philosophorum.* cod. Bern. 258 (Loewe Prodr. 150) *geminasium scola philosophorum.* — IV 522, 47 *gimnosium scola.* — IV 412, 18 *gymnasium exercitationis locus, ubi aliquid docetur.* — V 634, 57 *gennasium locum in balneis disputatorum est sed* (= *et* G) *scole.* — V 24, 11 *gimnasia dicuntur loca in quibus nudi homines exercentur unde omnium prope artium exercitia gimnasia dicuntur*; it. V 72, 2. 106, 16. — IV 589, 2 *gimnasia sunt loca quibus exercentur variae artes maxime*

philosophia vel in quibus iuvenes coram potentibus iocabant. — V 205, 20 *gymnases* (= gymnasia) *abitacula, ubi filosophi exercentur.* De genere scribendi cf. Birt, Rh. M. 51 p. 106, 3 G et has glossas: III 453, 67 *lamina*; III 470, 30 *lamna*; II 361, 54 *lanna.* Glossae magna ex parte videntur pendere ex his Isidori locis: orig. 8, 6, 17 „gymnasium enim ex eo dictum est, quod iuvenes nudi exercentur in campo“; ibid. 18, 17, 1 „cuius locus gymnasium dicitur . . . Hinc accidit, ut omnium prope artium exercitia gymnasia dicantur.“ Praeterea cf. ibid. 15, 2, 30 G. De re cf. Oehler R. E. VII, 2 p. 2004 sqq.

haeresis (= secta philosophorum). IV 85, 57 *heresis doctrina arerendo* (*averendo dicta* cod. c). — IV 524, 10 *heresis doctrina adherendo dicta* (*ab h* . . . codd. b c). Patet *ab herendo* a librario indocto et linguae Graecae imperito adiectum esse, cum Isidorus (orig. 8, 3, 1) vocem recte ab eligendo derivet.

illitteratus. II 217, 8 *αγραμματος inlitteratus, expers litterarum.* — II 536, 50 *inlitteratus agramatos* (*αγραμματος* codd. b c).

***indoctus.** III 110, 70 *απεδευτους indoctos*; it. II 232, 36. III 333, 53. — II 80, 51 *indoctus αμαθης*; it. III 178, 45. 373, 25 cet. — II 218, 43 *αδιδακτος indoctus, indocilis.*

indoctrina. II 582, 32 *indoctrina inhertia, imperitia.* cf. Wölfflin, Arch. IV 400 sqq.

indocilis, indocibilis. II 80, 53 *indocilis αμαθης*; it. II 333, 31. 488, 27. 507, 53. — III 334, 35 *δυσμαθης indocilis*; it. III 492, 29. 514, 56. — IV 91, 41 *indocilis brutus, stolidus vel stultus.* — IV 248, 37 *indocilis qui docere non potest* (*doceri* codd. a b c recte). — IV 352, 49 *indocilis qui potis doctus.* Quam glossam corruptam esse elucet e ceterorum codicum lectionibus: *quin potius* a b c; *qui docere non potest, indoctus* d e; et haec lectio probari potest; cf. Isid. de diff. I 292 „indocilis est, qui penitus non potest discere“ (al. *docere*; F. *doceri*). — III 373, 23

indocibilis δυσμαθης; cf. quae supra annotavi ad glossas: **doctus, docilis, docibilis.**

***inductio.** III 199, 14 *ysagogy inductio.* — III 286, 45 εισαγωγη *institutio, inductio.*

***industria.** III 352, 16 *industria* φιλοπονια; it. III 198, 52. 119, 21. 223, 13. — IV 91, 39 *industria studium, vigilantia, doctrina*; sim. IV 248, 33. 353, 3. 528, 15.

industriare (= industriari?). V 210, 45 *industriare docere.* — V 601, 55 *industriare decere* (= docere); cf. Heraeus l. l. p. 40 ann. 7, ubi *industriari* deponens affert ex Val. Max. I 7.

***institutio.** III 375, 50 *de institutione* περι εισαγωγης; it. III 198, 51. II 286, 45; cf. IV 97, 52 *instituit iussit, deliveravit vel docet.* — IV 356, 15 *institutus imbutus.* — II 286, 45 εισαγωγη *institutum.*

institutor, instructor. II 286, 44 *institutor* εισαγωγευς. — II p. XIII παιδαγωγος *instructor et institutor puerorum.* — IV 102, 2 *isagogus instructor litterarum*; cf. Aug. d. civ. 18, 39 „γραμματοεισαγωγεῖς qui latine dici possunt litterarum inductores".

***instruo, instructio.** IV 90, 7 *instruit componit vel docet.* — II 88, 21 *instruere* αναδιδαξαι. — II 88, 24 *instrues* επιστησειας, διδαξειας. — III 120, 31 *prosbibastos* (= προβιβασθῶσιν) *instruantur.* — II 88, 20 *instructio* διδασκαλια. — II 88, 19 *instructionibus* (*instructionis* c e) εμφανισμου, διδασκαλιας. — III 327, 18 παιδια *eruditio, instructio* — III 327, 69 περι εισαγωγης *de instructione.* — II 276, 9 διδασκαλια επι του διδασκοντος πραγμα *allegatio, instructio*; cf. II 15, 4 *allegatio* διδασκαλια.

***ludus.** III 277, 27 περι γραμματοδιδασκαλειου *de ludo litterarum*; it. III 198, 17. — III 327, 7 περι διδασιαλιου (= διδασκαλιου) *de ludo litterario.* — III 351, 78 *de ludo literarum* περι γραμματων διδασκαλιας. — III 351, 79

ludus *διδασκαλειον*. — III 277, 33 *σχολη* *schola, ludus.* — II 124, 50 *ludus litterarius* *γραμματοδιδασκαλος* (= . . . *ειον* cod. e). — V 418, 64 *ludus litterarum scola parvulorum legentium*; it. V 427, 35; cf. Euseb. eccl. hist. X 32 G. — V 368, 6 *ludus litterarum scola litterarum legentium* (*scola legentium* cod. Epin.). Aut *scola litteras legentium* scribendum aut *litterarum* omittendum est. — II 124, 49 *ludimagister* *γραμματοδιδασκαλος*; it. II 264, 56. III 327, 8. — II 475, 16 *χαμαιδιδασκαλος* (codd. a e) *ludimagister.* — II 586, 53 *ludi magister litterarum* (sc. *magister* vel *institutor*); cf. Edict. Diocl. VII 66 „magistro institutori litterarum . . . *χαμαιδιδασκάλῳ*"; annot. p. 117; Mart. 12, 57, 5. 9, 68; gr. lat. I 107, 21 „nec tamen magistri ludorum . . . . sed tantum modo singulariter magistri ludi". — V 604, 42 *magister ludi calculo*; it. V 635, 54. Hanc vocis significationem invenimus Anth. 96, 1 sq.: „Indoctus teneram suscepit calculo putem, Quam cogat primas discere litterulas"; apud Augustinum autem (ord. 2, 12, 35) idem valet atque *calculator.*

*magister. III 25, 21 *διδασκαλος* *magister*; it. III 70, 28. 352, 4. 377, 5 cet. — III 277, 30 *καθηγητης* *magister.* — III 327, 11 *επιστατης* *magister*; it. III 198, 21. 518, 81. 283, 30 cet. — II 126, 6 *magister* *επιστατης, εξαρχος, διδασκαλος.* — II 276, 12 *διδασκαλος* *doctor, preceptor, magister.* — V 572, 40 *magister pro docte adverbium*; *Lucanus*: *doctores etenim magister omnia faciebant id est docte*; cf. Verg. gramm. p. 70, 2 G; gr. lat. VII 305, 15 „magister maior in statione: nam isteron graece statio dicitur"; it. suppl. 234, 26; Isid. orig. 10, 170 G. Quae verba adhuc non explanata ad glossam illustrandam nihil fere valent. Adiective usurpatum est vocabulum apud Sedulium (pasch. carm. I 21) „rituque magistro". — V 392, 1 *symtagmateseon magister eruditionis.* Quam glossam corruptam viri docti non satis luculenter emendaverunt; Loewe enim Prodr. p. 119 scribit: „*σύνταγμα μαθήσεως*

magister eruditionis"; sed non explicat, quomodo *σύνταγμα magistrum* significare possit. Contra Schlutter, Arch. X, 196 hoc proponit: *συντάκτης μαθήσεων m. e.* Quod placere posset, nisi litterae traditae *symtagmateseon syntagma* lectionem probabiliorem redderent. Itaque nescio an glossa sic restituenda sit: *σύνταγμα μαθήσεως* (vel *μαθήσεων*) *regesta eruditionis* (sic emendavit Birt). Sed glossam nescio quo modo esse contaminatam et falso huic seriei iniunctam mihi verisimilius videtur, quoniam antecedunt hae glossae: *syntasma* (= syntagma) *documentum, syntasmata documenta* (cod. Epin.). Itaque glossam fortasse revocandam ad locum similem Hieronymi (de vir. ill. 38) „ecclesiasticam scholam tenuit et *κατηχήσεων* magister fuit" et *syntagma* vel sim. omisso sic restituendam esse suspicor: *κατηχήσεων magister eruditionis* (sc. *magister*).

magisterium. II 276, 10 *διδασκαλια doctrina, magisterium.*

*__meditatio.__ III 375, 64 *meditatio σκεψις.* — II 366, 57 *μελετη*[ς] *meditatio*; it. II 128, 24. III 455, 77. — IV 416, 5 *meditatio exercitatio, cogitatio.*

*__meditor, —to.__ III 327, 67 *μελεταν meditare*; it. III 530, 52. — III 109, 76 *εμελετασα meditatus sum*; cf. gr. lat. VI 26, 5 „meditari *μελετᾶν*". De significatione activa verbi agit Priscianus (gr. lat. II 567, 14); forma quoque activa saepius occurrit e. g. Minuc. Fel. 25, 1; cf. Neue-Wagener III 56.

meditullium. V 32, 4 *meditullium dicitur in quo aliqua meditantur sive ad docendum sive ad discendum* = V 83, 21. 116, 39. — V 221, 40 *meditullium locus meditationis.* — V 465, 13 *meditulum locus exercitationis.* Nullus alius locus extare videtur, ubi haec vocis significatio invenitur; inde colligo glossas esse contaminatas et sic scribendas: *meditullium mediterraneum*; cf. IV 364, 34. 537, 6. V 371, 23 cet. *meditatorium locus in quo* eqs. vel *locus meditationis.* Concedendum autem mihi est semel apud

Diefenbachium (l. l. s. v.) me legisse „meditullium scholhus“. Qui error ex alio in aliud glossarium fluxisse videtur.

*merces. III 109, 57 sqq. *⟨τον μισθον⟩ ουκ ηνεγκας mercedem non attulisti?* interrogat magister discipulum. — III 199, 5 *misthos mercede⟨s⟩. Merx* et *merces* vocabula saepius inter se commutata sunt, cum etiam *mercis* (*-es*) et *mercedes* nominativi adhiberentur; cf. II 230, 5 *αντιμισθια mercis retributio* (*mercedis* e); II 371, 63 *μισθαποδοσια mercis retributio.* De magistrorum mercede cf. Edict. Diocl. p. 119.

nefrenditium. V 605, 16 *nefrenditium annuale tributum, quod certo tempore rustici dominis vel discipuli doctoribus afferre solent*[*um*], *dumtaxat sit carneum ut porcellus.* In nullo nec glossario nec veterum loco haec vox invenitur; eandem autem vel similem significationem habere videtur atque *minerval*, quod munus vel stipem discipuli magistris referebant; cf. Varro d. r. r. 3, 2, 18; Tert. de idol. 10; Hieron. in ep. ad Ephes. 3, 6, 4; C. Gl. L. II 129, 41 *minervalicium* (*-tium* cod. d) *συνστατικον.* Fortasse genuina vocabuli significatio est, quod germanice *Erstlingsgabe* nominamus; *nefrendes* enim esse porcos vel arietes, qui dentes nondum habeant, docent Festus (162, 12), Servius (ad Aen. 8, 230), Isidorus (orig. 20, 16, 1).

*paedagogus, papas. III 327, 20 *παιδαγωγος pedagogus*; it. III 380, 50. 199, 20. — II 392, 1 *παιδαγωγος paedagogus, pedisequus*; cf. V 320, 51 *pedisecus pedisequa puero⟨s⟩ vel puellas sequentes dominos.* — II 589, 28 *pedagogus qui publicos mores docet infantem.* — IV 374, 55 *pedagogus qui sequitur studenter* (*studentes* b recte) *i. e. papas.* — V 606, 60 *pappas pedagogus qui sequitur studentes*; it. IV 456, 48; cf. Juv. VI 633; Friedlaender, ed. Juv. praef. 112; Loewe, Gl. N. 155; Zacher, Rh. M. 45, 538 G; Friedlaenderi annot. ad VI 633; Heraeus, Arch. XIII 157 sq.; Edict. Diocl. VII 65. — V 539, 4 *pedagogus qui sequitur studentem*;

IV 419, 10 om. *studentem.* — V 472, 45 *pedagogus qui sequitur studenter domino suo id est pedesequus.* — IV 270, 5 *pedagogus eroditor puerorum.* — V 130, 29 *pedagogum eruditorem puerorum*; it. IV 139, 8. — III 327, 21 *παιδαγωγος papas.* — V 622, 46 *papates set pedagogus* (= *sunt pedagogi?* Birt); ceterum cf. schol. ad Juv. VII 218: .... „eunuchus paedagogus .... proprium papatis".

*porticus. III 380, 47 sqq. *processi ... per porticum quae ducebat ad scholam προηλθον δια της στοας ητις ηγεν εις την σχολην.* Inde scalam ascendens discipulus veniebat ad proscholium, cf. III 380, 60 sqq.

*praeceptor. III 352, 5 *praeceptor καθηγητης*; it. passim. — III 108, 39 *το διδασκαλο* (ο=ῳ) *praeceptori*; it. II 276, 12. — III 109, 23 sqq. *χερε κιριε διδασκαλε ave domine praeceptor.* De *dominus* adlocutione temporibus posterioribus obvia bene egit E. Löfstedt, Komm. p. 115 sq. — IV 420, 23 *preceptor magister, doctor.* — IV 154, 14 *preceptor magister*; it. V 135, 23; cf. gloss. ad Prud. perist. VI 20 „praeceptor magister".

professor. III 461, 17 *professor διδασκαλος.* — II 160, 40 *professores σοφισται, σχολαρχαι* (e), *καθηγηται.* — II 160, 44 *profiteor απογραφομαι, ομολογω, σοφιστευω.* — II 160, 43 *profiteor προγραφομαι και δημοσιᾳ διδασκω και ομολογω.*

*proscholium. III 380, 66 *in proscolio εν τῳ προσχολιῳ*; cf. annot. s. v. antescholanus et W. Heraeus l. l. p. 23. Similia sunt haec: V 511, 22 *promurium quod circa muros est*; Vulg. Jer. 36, 19 „prosaepium" = *αὐλή.*

recorrigo. II 305, 55 *επανορθω recorrigo, corrigo, emendo;* cf. Heraeus l. l. p. 7.

*reddo. III 377, 34 *reddo αποδιδωμι*; it. passim. — III 381, 41 sq. *reddo ad praeceptorem αποδιδωμι υπο του καθηγητου.* — II 232, 26 *απαγγελλω επι μαθηματων reddo, memoro.* — III 381, 49 sq. *reddidi memoria απεδωκα μνημῃ.*

salarium. V 330, 32 *salarium quod datum magistris sive medicis quasi cibaria publica.*

***saccus.** III 327, 63 *μαρσιπος saccus*; it. III 530, 50. — III 327, 62 *μαρσιπιον saccum*; it. III 530, 49. Expectes deminutivum: *sacculum* vel *saccellum.*

***scamellum.** III 377, 12 *scamellum υποποδιον*; it. III 70, 4 cet. — II 467, 27 *υποποδιον scabellum, subselium, scamillum, subpositorium*; cf. Isid. orig. 20, 11, 8 G. — III 321, 13 *υποποδιον scaltello.* Quae glossa videtur esse corrupta.

***scamnum, sedes.** III 377, 11 *scamnum βαθρον*; it. passim. — V 413, 55 *in scamnis in subselliis*; cf. reg. Bened. 9, 10 G. — IV 388, 19 *scamnum subsellium* (a e). — III 418, 46 *scamnum sympselion*; cf. Heraeus l. l. p. 21 G. — V 40, 5 = 98, 1 *scamnum diminuit scabillum non scabellum ut Cicero: scabilla concrepant* (pro Caelio 27, 65 G). — III 277, 54 *βαθρον sedes* (sc. discipuli). — III 277, 68 *θρονος sedes* (sc. magistri).

***schola (scola), scholaris.** III 277, 33 *σχολη schola*; it. passim. — V 147, 32 *schola graece.* — V 331, 3 *scola mos* (?); legamus *scola[m] gr⟨aece⟩*? vel *scolam otium*? — III 277, 35 *φοιτητης scholaris.*

scholasticus. V 482, 58 *scholasticus diminutive est scholasticulus dirivativum ut monticulus.* Quae glossa cohaerere videtur cum verbis quae extant gr. lat. suppl. 69, 34 „alia nomina diminutiva sunt, ut monticulus, scholasticus (*scholasticulus* lego). Diminutiva quare dicuntur? Quia diminuunt sensum, ut monticius, monticulus, monticellus, monticellulus, sic scholasticus (= *scholasticulus*), fonticulus“ eqs.

***scriniarius** (sc. puer). III 121, 25 *camptroforos* (a) *scrinarum*; cf. s. v. **capsarius.**

***sella.** III 377, 13 *sella διφρος*; it. III 70, 41.

***studere** (absolute). III 327, 68 *φιλοπονιν studere*; it. III 109, 29. 382, 12 cet. — III 231, 18 = 215, 47 *εφιλολογει studebat.*

studiosus. II 471, 39 *φιλολογος amator verborum, studiosus*. — III 332, 70 *φιλολογος studiosus*. — II 189, 41 *studiosus φιλοπονος*; it. saepe. — II 184, 40 *sine studio αφιλοπονος*. — III 334, 3 *αφιλολοκος sine studio*. -*κος* terminatio pro -*γος*, quod ibi antecedit *ανταρεσκος*.

***studium**. III 24, 37 *περι φιλοπονον* (= *φιλοπονιων*) *de studiis*; it. III 351, 63. 395, 17. — II 471, 52 *φιλοπονια hoc studium, industria*; sim. passim. — III 108, 35 *τα μαθεματα studia*; it. II 363, 58. — IV 423, 51 *studium scientia, doctrina*. — IV 289, 52 *studio disciplina*.

sua. V 623, 44 *sua suae feminini generis est domus, in qua scolastici student*; cf. Verg. gramm. p. 116, 10 G.

***subdoctor** (cf. **antescholanus**). III 198, 22 *ypodidascalos subdoctor*. — III 122, 9 = 226, 8 *προς τον υποδιδακτην ad subdoctorem*. Hoc loco etiam haec verba colloquii scholastici, quod bis legitur in glossis (cf. s. v. **praeduco**), tractanda sunt: III 122, 3 sqq. *surgunt pusilli ad subductum* (= *προς τα στιχια*) *et syllabas prebuit eis unus de maioribus, alii ad subdoctorem ordine reddunt*; item scripsit Goetz in colloquio emendato III 646, 2. In indice autem annotat „expectes *ad elementa*; at de arte computandi agitur". Sed agi de computandi arte nulla re indicatur; contra e contextu ipso apparet *ad elementa* scribendum esse. Surgunt enim parvuli ad elementa, i. e. singulas litteras, pronuntianda, cf. Prisc. gr. lat. III $_2$ 119, 13 „elementa litterarum sunt ipsae pronuntiationes". Deinde ex elementis syllabas componunt, id quod grammatici saepius tradunt. Insuper scriptum videmus, quod postulamus, in altero colloquio (III 224 sqq.), cuius lectio recipienda fuit. Verba sunt haec: *surgunt pusilli ad elementa* (*προς τα στοιχεια*) *et syllabas dinumeravit eis unus de maioribus, alii ad subdoctorem ordine reddunt* (III 226, 2 sqq.). In quibus nihil inest, quod offendat vel explicatione egeat. Quod pertinet ad lectionem *ad subductum*, nihil aliud eam

esse puto nisi errorem librarii, cuius oculi aberraverunt ad verba sequentia *ad subdoctorem.*

togiphorium? V 249, 21 *togiferium locus ubi scolastici disputant.* Vocabulum in glossis solis occurrit; cf. Diefenbach „togiferum, -ferium, -forium stat do man schulerische ding disputirt. disputierstede der geleerden". *togiphorium* ex *λογοφόριον* ortum esse suspicatur Birt.

***vapulo, vapulator.** III 110, 78 *δαρεναι vapulare.* — II 461, 4 *τυπτομαι vapulo.* — II 268, 31 *δερω επι του τυπτω vapulo, castigo.* De *vapulari* cf. Du Cange et Diefenbach. — III 466, 4 *vapulator δαρ[η]της.* — II 151, 59 *plagosus δαρτης*; cf. Hor. epist. II 1, 70 G.

De arte scribendi.

actuarius. II 467, 8 *υπομνηματογραφος actuarius, memoralius.* De *memoralius* forma cf. E. Weißbrodt, De r et l consonantium latinarum mutua ratione. Lips. a. 1899 p. 154. — IV 7, 2 *actuarius acta qui facit*; it. IV 203, 11. 303, 32 cet. — V 162, 23 *actuarius scriptor publicus.* — V 562, 12 *auctarii scriptores auctorum.* *au* = *a*, cf. Birt, Rh. M. 52 suppl. p. 93. — V 490, 17 *actarius diversis actibus praeoccupatus*; cf. gr. lat. VII 155, 10; it. VII 74, 10. 296, 15 G; R. E. s. v. *actarius.*

a commentariis. V 615, 11 *a commentariis est cancellarius*; cf. Cassiod. var. 11, 6; cod. Theod. 9, 11, 1. — V 548, 3 *acommentariis id est qui vicem regi⟨s⟩ agen* (= agit?) *in civitate.*

amanuensis. II 15, 49 *amanuensis προχειροφορος, προχειραριος.* — II 566, 27 *amanuensis qui se audaciter inscribit alicui rei*; cf. quae annotavit Goetz in indice C. Gl. L. s. v.

annotatio, annoto. II 396, 16 *παρασημειωσις adnotatio* (e). — II 422, 58 *προσσημειουμαι adnoto.*

antigraphus, — pheus. V 591, 5 *antigraphus cancellarius*; cf. Cassiod. hist. 9, 45. — II 229, 17 *αντιγραφευς dictator, rescribtor.* — V 615, 10 *antigrafeus est antiquarum rerum scriptor.* Pro *antiquarum* eqs. aut *antiquarius*, *rescriptor,* quod vult Birt, aut *antiquarum litterarum scriptor* legendum est; nam cancellarios antiquis litteris usos esse satis notum est.

antiquarius (cf. **librarius**). III 307, 23 *καλλιγραφος antiquarius;* it. III 490, 42. 510, 68; codd.: *βαλλιγραφος* sub *b* vel *β* littera. — II 21, 8 *antiquarius αρχαιογραφος, καλλιγραφος.* — V 337, 6 *antiquarius qui grandes litteras scribit.* — V 615, 39 *antiquarii sunt librarii scribentes;* cf. Edict. Diocl. p. 118 G, ubi *antiquarius* falso per *ἀρχαιολόγος* conversum est; W. Wattenbach l. l. p. 244 sqq.

antiquo. II 21, 19 *antiquare καλλιγραφησαι.* — V 440, 20 *antiquare veterem* (?) *id est ut fuerit videre, antiquam esse vel notare;* cf. Greg. M. 1, 4 „antiquarios scribentes reperit", quod versum est in Graecum: *τοὺς τῶν ἀδελφῶν . . . καλλιγραφοῦντας θεασάμενος.*

***apex.** II 347,56 *κεραια apex*; it. III 490, 50. 537, 19; cf. gr. lat. I 551, 41 „apex *κεραία*". — II 19, 27 *apex κεραια, γραμματος ακρον, προσῳδια.* — III 110, 9 sqq. = 640, 7 *τὰς κεραίας ποίησον τῶν γραμμάτων apices fac litterarum.* — IV 19, 22 *apex summa pars litterarum* eqs.; it. V 266, 61; cf. Isid. orig. 1, 4, 18 . . . . „in cacumine litterae apponitur" (sc. apex). — II 567, 17 *apex pars littere, punctus.* — IV 19, 15 *apex interdum distinctionis nota vel summa;* sim. V 167, 27. 267, 5. IV 207, 7. 476, 4. — IV 477, 48 *apices litteras.* — II 19, 30 *apices κεραιαι, ακραι, συλλαβαι.* — II 441, 22 *συλλαβαι apices.* — II 264, 51 *γραμμα βασιλεως apex, divini apices*; cf. Prob. gr. lat. IV 215, 13 „apex . . . sed cum singularem numerum sonat, alicuius rei acumen significat, ... cum vero pluralem, litterarum indicat nomen, cuius locutio in consuetudine est, quando dicimus divinos

apices et significamus litteras". Ut *apices*, ita *syllabae* vel *συλλαβαί* posteriore aetate idem valent atque litterae, cf. e. g. Sid. epist. 4, 5, 1; Euagr. hist. eccl. 3, 16 p. 349, 11 ed. Boisson.; synod. Romae a. 745.

apopla? IV 19, 30 *apopla scriptura.* — V 440, 44 *apoplea scriptura. hexapla* Buecheler, *apocha* De-Vit, cuius coniectura probabilior videtur.

archivum. IV 20, 51 *arciva armaria;* it. V 168, 5. — V 168, 6 *arciva tabularia, ubi carte publice sunt;* cf. Ulp. dig. 48, 19, 9, 6 „in archio .... instrumenta deponuntur"; *archivum* vel *arcivum* forma pro *archium* ante saec. IV non invenitur.

ascribo, ascriptio. II 420, 41 *προσγραφω adscribo.* — IV 8, 51 *adscriptum adiunctum.* — II 270, 33 *διαγραφη adscriptio.*

atramentale. II 22, 31 *atramentale μελανδοχιον* (e); cf. Caper gr. lat. VII 108, 3 G.

***atramentarium.** III 327, 40 *μελανβροχον atramentarium;* it. III 198, 43. 277, 50. 569, 23; cf. Phan. Anth. Pal. VI 295 „*τὰν βροχίδα εὐμέλανον*". — II 366, 45 *μελανδοχιον atramentarium;* it. II 366, 54; cf. Paul. Silent. Anth. Pal. VI 66 „*μέλανος δοχήϊον*"; VI 65 „*κίστην μελανδόκον*". — II 327, 14 *καλαμαριον atramentarium;* it. II 22, 32. Qua de significatione cf. Hieron. in Ezech. 9, 2 .... „*καλαμάριον* ab eo, quod in illo calami recondantur. Nos atramentarium ex eo, quod atramentum habeat, dicimus. Multi significantius thecas vocant, ab eo quod thecae sint scribentium calamorum"; C. Gl. L. III 198, 41 *calamarion* (a) *thece.*

atramentarius. III 308, 47 *μελανουργος atramentarius;* it. III 529, 82.

***atramentum.** III 110, 12 *το μελαν atramentum;* it. III 109, 20. 277, 49. 327, 39. — II 366, 46 *μελαν εν ῳ γραφομεν atramentum.* — III 544, 39 *calateus* (= calcites? G) *atramentum.* Hoc lapide veteres in atramento componendo utebantur.

*buxum. III 25, 30 *πυξον* (= πυξός vel πυξίον?) *buxum.* — III 327, 38 *πυξιον buxum.* — III 198, 40 *pixos buxum;* it. II 499, 54. *Buxum* esse capsellam discipulorum annotat Goetz in indice C. Gl. L.; quae sententia nulla re probatur, quoniam *buxum* saepius tabellam quam capsellam significat, cf. Th. l. l. s. v. — III 110, 3 sqq. *δος τρανον το πιξιον, καθος, γραφε da labia buxis, sede, scribe.* Quomodo emendanda sit haec glossa, incertus haereo; tamen eam explicare conemur. Discipulus a magistro dictatum scribere iussus est; itaque verba: *δὸς τρανὸν τὸ πυξίον* i. e. para tabulam ad scribendum, apta huic loco videntur esse. Librarius igitur fortasse verba *da labia buxis* sic intellexit: admove tabulam labris, ut spiritu mollis fiat cera; ceram enim saepe duram fieri docet haec glossa: *cera dura est, mollis debuit esse* III 377, 61 sq. Ut autem verba latina melius quadrent in graeca, hanc lectionem proposuerim: *da laebe* (= leve) *buxū.* Buecheler coniecit „levia = Reinschrift".

caerites. II 95, 34 *caerites δελτοι εν αις τας εγγραφας* (ἀπογραφάς Marsilius) *αποτιθενται*; cf. Gell. 16, 3, 7 „tabulae Caerites".

*calamus. III 277, 48 *καλαμος calamus*; it. III 440, 50. 340, 53. — III 327, 54 *καλαμος calamum*; it. III 527, 39. — III 261, 43 *καλαμος harundo, cicuta, calamus.* — IV praef. XLII *calamus canna.* — V 504, 19 *ingenti calamo stilo procero*; it. V 460, 31 om. *procero.* — III 301, 10 *δοναξ, καλαμος calamus, harundo.*

cancello. II 345, 7 *καταχαρασσω cancello.* — II 475, 33 *χαρασσω induco, cancello*; it. II 477, 17. — III 121, 38 *echaraxen induxit*; cf. Scaev. dig. 2, 14, 17, 1 „si quod instrumentum .... pro cancellato habebitur".

cancellus. II 334, 24 *καγκελλος cancellus.* — III 478, 22 *cancellus χαραδρα inde cancellarius*; it. III 440, 74; cf. Ulp. dig. 33, 7, 12, 26 „cancellos .... instrumento contineri puto".

*canna. III 327, 55 *καλαμος canna*; it. saepius. — II 337, 17 *καλαμος μεϑ ου γραφομεν canna*. — III 549, 15 *arundo canna*; it. V 299, 59. 364, 39. *Canna* pro *calamus* primum extare videtur Edict. Diocl. 10, 17 „thecam cannarum n. quinque“.

*cera. II 540, 8 *cera κηρος*; it. passim. — III 71, 25 *κειριν* (= *κηριον*) *cera*. — IV 217, 35 *ceram tabula⟨m⟩ vel imaginem*; it. V 626, 58. 276, 20.

*cerarius. V 566, 14 *cerarii scriptores in cera*; cf. C. I. L. XIV 353 „scribae cerarii“. — II 349, 19 *κηροπωλης cerarius*. — III 199, 24 *typi cererie* (= cerae, cerariae? G). *κεραῖαι*, quod Buecheler coniecit, vix probandum est, cum hoc loco lemma, non interpretamentum vocem Graecam esse necesse sit. Pro tabulis vel scriptis et *cerae* et *τύποι* vox invenitur (cf. lexica); sin autem *cerariae* legimus, *figurae* vel tale quid supplendum videtur, cum *τύποι* etiam simulacra litterarum vel compendiorum significent, cf. Plut. Cat. min. cp. 23. *caracteres* Birt.

cero. II 349, 22 *κηρω cero*; cf. Herond. *Διδασκ.* v. 14 sq. — IV 317, 38 *ceratas tabulas ubi scribitur*. — IV praef. XLII *ceratas tabulae ubi scribuntur*. Fortasse haec glossa revocari potest ad Prud. perist. IX 47 „ceratas in caput illidunt tabellas“.

*cerussa. III 327, 58 *ψιμιϑιον cerussa*; it. III 194, 51. 274, 1 cet. — II 572, 29 *cerussa nomen pigmenti, de plumbo fit*; sim. III 577, 32; cf. cod. Theod. 11, 27, 1 (a. 315) „aereis tabulis vel cerussatis aut linteis mappis scripta proponatur lex.“

character. IV 215, 40 *caracter signum vel nota*. — V 352, 10 *caracter stilus vel figura*; cf. Serg. gr. lat. IV 478, 7 „unicuique litterae accidit nomen, quo vocetur, character, quo figuretur“. — V 418, 4 *caracteries* (= -res?) *scripturis* (= -ra?); cf. Cassian. inst. XII 29, 1 G; Ps. Ambros. serm. 35, 5 „aeternis characteribus“, ut pro *caracteries* legam *caracteribus*.

charagma, charaxarius. V 349, 44 *carauma scripta* (vel *scriptura*) *linea*. — V 605, 34 *notarius scriptor, charaxarius*; cf. Anth. Pal. 9, 401 „τὸν κάλαμον, τὸ μέλαν, χάρτην, τὰ χαράγματα χειρός“.

charaxo. IV 491, 8 *charaxatis scriptis*; it. V 276, 32. 593, 29. — V 601, 43 *inducit charaxat*; it. V 602, 26. *Charaxare* igitur modo scribere, modo scriptum delere significat.

***charta.** III 277, 40 *ο χαρτης charta*; it. passim. — III 327, 45 *χαρτης αγραφος cartha pura*; cf. Ulp. dig. 32, 52, 4. — III 327, 46 *χαρτης πελιπτος* (= ἀπάλιπτος) *charta deleticia*. — III 327, 47 *χαρτης απαλιμμενος charta delicitia*; cf. Ulp. dig. 37, 11, 4.

chartarium. II 475, 52 *χαρτοπηρον chartarium, lateralium*; *literalium* codex e, quem sequitur Goetz (cf. ind. C. Gl. L.), vix recte exhibet, cf. Scaev. dig. 32, 1, 102 „chirographa praediorum et pecuniam in lateralia condidit“; C. Gl. L. II 466, 56 *υπομασχαλον lateralium* i. e. arca, locellus. Du Cange affert vocem *χαρτοσάκουλον*.

chartarius. III 309, 62 *χαρτοπωλης chartarius*. — II 475, 53 *χαρτοπωλης chartuarius* (*chartarius* a). *u* littera falso iniuncta est, quod vix sonabat, cf. II 568, 29 *assuarius* (*assarius* b); II 3, 32 *auctuarium* (*auctarium* b); V 562, 23 *battualia quod vulgo bactalia* aliaque id genus.

chartularium. II 475, 55 *χαρτοφυλακιον scrinium, charturalium* (*chartularium* a).

chartularius. II 475, 51 *χαρτοφυλαξ chartularius*. — II 474, 54 *χαρτογραφος chartularius*.

conscribo. III 401, 21 *conscribam syngrapho*; it. III 79, 34.

conscriptio, conscriptor. II 440, 2 *συγγραφη conscriptio, hoc synγrafum*. — II 112, 14 *conscriptor συγγραφευς*; it. II 440, 1.

descriptor. III 362, 54 *descriptor διαγραφευς*; cf. Novell. Just. 131, 5 „liberas esse . . . descriptione (διαγραφή) lucrati-

vorum" i. e. onere tributi; *descriptor* igitur is est, qui praeest descriptionibus i. e. tabulis, quibus descriptio tributariorum comprehenditur, cf. Greg. Tur. Franc. cap. 9 p. 358, 14. — II 283, 24 *εγγραφευς describtor.* ἐγγραφεύς in glossis tantum extat (cf. Heraeus, ind. C. Gl. L.); ἔγγραφον autem saepe legitur apud scriptores ecclesiasticos, quod idem significat atque scriptum, ut *descriptor* idem est atque scriptor in hac glossa: IV 244, 37 *historiographus descriptor fabularum.*

Hoc loco commemoraverim quae dixit Buecheler Mus. Rhen. XIII 598 „Fere nullus in libris manu scriptis error frequentior reperitur quam *de* et *di* syllabarum permutatio". Quae verba optime quadrant in glossaria, neque praepositiones separare conabor; cf. Pokrowskij, Arch. XV 124.

describo — discribo. II 275, 52 *διαχαρασσω describo.* — II 52, 61 *discribere διαγραψαι.* — V 190, 24 *discribere dictionis vel ordinationis est*; cf. Isid. de diff. „describere dictionis vel ordi⟨natio⟩nis"; gr. lat. VII 117, 9 „describere (cod. B discribere) dictionis vel ordinationis"; it. VII 269, 20.

de — discriptio. II 275, 51 *διαχαραξις discriptio.* — II 535, 12 *descriptio diagraphi*; it. II 52, 22. III 446, 16. 479, 27. — V 567, 35 *discriptio scrutatio vel quinantur* (ordinatio? Buecheler). Haud scio an *opinatio* legi possit; *opinator* enim is est, qui in provinciis frumentum exigit, cf. lexica. Hanc coniecturam debeo Birtio.

***dicto.** II 463, 5 *υπαγορευω dicto*; it. III 225, 41 sq. 384, 20. — III 80, 16 *vpagorebo dicto.* — II 48, 51 *dictaverit καταλεξει, υπα⟨γορευσει⟩.* — II 48, 49 *dictat αναδιδωσιν, υπαγορευει*; cf. II 48, 46 *dictatum αμιλλα, αναδεδομενον.*

***dictatum.** III 25, 6 *αμιλλα dictatum*; it. III 199, 18. 327, 30. II 503, 34 cet. — III 226, 14 *αμιλλαν εξελαβον dictatum excepi*; it. III 122, 19. — II 48, 46 *dictatum αμιλλα και αναδεδομεναι και μαθηναι* (= ἀναδεδομένον καὶ μάθημα Salmasius).

dictatura, dictatio, dictatus. II 465, 12 *υπηγορια dictatura, dictatum, dictatus, dictatio.* — II 463, 4 *υπαγορευσις dictatura, dictatum, dictatus, dictatio. Dictatura* pro *dictatum* voce dici potuit, ut *sepultura* pro *sepulcrum* vel *monumentum*, cf. Eugipp. C. S. E. L. IX 1, 2 p. 57, 22 „sepulturas mortuorum effodere". Pallad. vit. Chrys. p. 70, 1 „ἀναγνῶναι τὴν ὑπηγορίαν" (= illa dictata). — II 535, 26 *dictatura ipagoria.* — II 229, 17 *αντιγραφη dictatura, hoc rescribtum*; cf. Paucker l. l. s. v.

dictalium, dictarium. II 577, 11 *dictalium* sine interpr. — II 577, 14 *dictarium quod ex memoria dictatur* (= scribitur?). Lemmata idem significare mihi persuasum est, cf. „aqualium an potius aquarium" apud Charisium (gr. lat. I 118, 33). Adiectivum *dictalis* affert Wattenbach l. l. p. 49 ex Mon. Hist. Germ. SS. 4, 534, ubi extat „frequenter voluit tabulas eorum cernere dictales".

dictator. II 48, 44 *dictator μοναρχος, αντιβολευς.* — II 229, 16 *αντιγραφευς dictator, rescribtor.* — II 463, 6 *υπαγορευων dictator.* Posteriore aetate *dictator* idem significat quod *scriptor*; cf. Greg. Tur. glor. conf. prooem. „qui ipsas quoque praepositiones, quas nobilium dictatorum observari sanxit auctoritas, loco debito plerumque non locas"; cf. Wattenbach l. l. 267 sqq.; Paucker l. l. s. v. *dictator.* Officialis quoque temporibus Constantii *dictator* nominabatur, „qui eius edicta, litteras et sententias de fide, atque formulas scribendas dictabat compto sermone ac diserto", cf. annot. ad Lucif. moriend. p. 1028 A ed. Migne XIII. Lucifer paulo inferius *dictatores* appellat „adiutores litterarum". Suid. s. v. Ἀδριανός p. 113 „ἐσοφίστευσε δὲ κατὰ τὴν Ῥώμην καὶ αντιγραφεὺς τῶν ἐπιστολῶν ὑπὸ Κομόδου ἐγένετο" i. e. „dictator epistolarum" (Kusterus).

***distinctio, distinctus?** III 199, 2 *diastigmi distincio;* III 277, 65 *διαστιγμη* sine interpr. — II 274, 32 *διαστιξις distinctio.* — II 583, 42 *interpungtio distinctio.* — II 274, 34 *διαστολη*

distinctio; it. II 52, 32. III 515, 25; cf. Isid. orig. 1, 18, 7 „diastole id est distinctio". — V 101, 16 *thelia* (= τελεία) *distinctio.* — III 71, 63 *κατα διαστολην ad distinctum* (sc. reddere); it. III 378, 18. — III 381, 36 *et ad distinctum και προς στιγμον* (sc. reddere).

*distinguo, distingo. III 384, 24 *distinxi εστιξα.* — II 274, 30 *διαστίζω dispungo, distinguo.* — II 45, 49 *destingit σαφινιζει, στιζει, διαιρει.* — II 52, 30 *distinguit διαστιζει, στιζει.* — II 274, 26 *διαστελλω distingo, dispungo, discerno*; cf. II 274, 31 *διαστικτης distinctor.* — II 218, 38 *αδιαστικτως* (e) *indistinctae.*

ductus. II 538, 1 *ductus χαραγμη*; it. II 488, 23. 475, 24. Glossa ad Charisium (gr. lat. I 552) „ductus *χαραγμή*" revocanda est; extant enim in hoc glossario eadem fere nomina, „quae apud Romanos masculina, apud Graecos feminina" (gr. lat. I 551), atque apud Charisium.

*emendatio. III 328, 7 *διορθωσις emendatio*; it. III 375, 55. II 60, 17. 535, 31 cet. — II 278, 27 *διορθωσις correctio emendatio*; it. III 25, 27. — II 305, 53 *επανορθωσις correctio, emendatio.*

emendator. II 60, 36 *emendator διορθωτης.* — II 278, 26 *διορθωτης corrector, emendator*; it. II 305, 54.

*emendo. II 305, 55 *επανορθω* (codd. a e) *emendo, recorrigo, corrigo*; sim. passim. — II 278, 28 *διορθουμαι emendo, corrigo.* — II 316, 46 *ευδιορθωτος emendatus.* — II 317, 44 *ευκατορθωτον emendatum*; cf. II 218, 52 *αδιορθωτος inemendabilis.*

ennomio. II 61, 47 *ennomio γραφευς κληρονομων.* — II 61, 51 *ennomionae* (*ennomiones* cod. c) *γραφεις κληρονομων.* „Fictum videtur a Graeco *ἔννομος legitimus*" (Du Cange). Comparari possunt haec vocabula: *machiones constructores parietum* (V 220, 6); *macio* (V 168, 4; cod. *matio*); *grafio -nis vel causidicus est advocatus* (V 619, 46); *auliones αυληται* (II 26, 36).

exceptio, exceptor. II 63, 53 *exceptio παραγραφη.* — V 389, 3 *sceptor notarius*; cf. R. E. VI 1565. *Sceptor* pro *exceptor* ut *scussores* pro *excussores*: V 483, 16. 515, 16.

exceptum. II 291, 28 *εκληψις υπαγορευοντος τινος exceptum*; cf. II 64, 9 *excipe αναλαβε, εκλαβε.*

Fenestella. Hagen, Grad. ad crit. p. 34 *Fenestella scriptor qui scripturas diligenter exarat*; cf. gr. lat. suppl. 236, 25 G. Haud scio an mira haec glossa orta sit ex eo loco Lactantii (inst. 1, 6, 14), ubi Fenestella „diligentissimus scriptor" nominatur.

*grafiarium. II 265, 12 *γραφιοθηκη grafiarium*; it. II 503, 63. — II 581, 41 *grafarium vagina graphi.* — III 121, 27 *thecin grafion theca grafiaria.*

*grafium. III 71, 38 *γραφιον grafium*; it. III 380, 40. 23, 26 (ex capite *de ferro* inscripto). — III 377, 69 *graphium γραφειον.* — IV 347, 30 *grafium stilum.* — IV 412, 14 *grafium vaculum studentis.* — IV 598, 22 *grafium stilum vel baculum studentis.* — IV 587, 32 *graphium grece latine scriptorium dicitur, nam graphia scriptura est*; cf. Isid. orig. 6, 9, 2 G; gr. lat. VII 13, 18 „graphium *γραφεῖον*".

gramma. IV 242, 3 *gramma littera*; it. IV 587, 19. — IV 521, 13 *gramma littera dicitur*; it. IV 598, 26.

hieraticas litteras (sub *i* littera). V 503, 40 *ieraticas literas sacerdotales.* — IV 245, 38 *ieraticas* (*s* s. scr. c) *sacerdotalis littera aput egyptius* (*sacerdotales litteras* c *egyptios* c d.). Quam glossam Goetz non recte refert ad Isid. orig. 6, 10, 3 „tertia hieratica dicta, eo quod ad sacros libros eligebatur". Sed haec potius Isidori verba conferenda sunt 1, 3, 5 „apud Aegyptios autem alias habuisse litteras sacerdotes, alias vulgus, sacerdotales *ἱεράς*, *πανδήμους* vulgares". Ubi Lindsay nihil annotat, contra Otto haec: „vulg. *sacerdotales ἱερὰς*, *vulgares πανδήμους*. Sequitur in codd. post *vulgares*: *yepactiane*, quod haud dubie significat *ἱερὰς πανδήμους*, nam in editione principe, ubi

desunt Graeca, quae adscripsit quidam, eadem sunt signa litterarum in ultima parte vocis *yerastiane*, quae sunt in voc. *πανδήμους*. Sed nescio unde sit haec repititio." Quae unde orta sit, comparatis glossis fortasse elucet. Non enim repetitio videtur esse, sed glossa in margine adscripta, quae non suo loco in textum recepta est; neque *ἱεράς* — ut vult Otto — sed *ἱερατικάς* legamus; cf. Clem. Alex. strom. 5 p. 657 *γραμμάτων μέθοδον ἱερατικήν*; Heliod. 4, 8 p. 148 *γράμμασιν ἱερατικοῖς*; Rufin. eccl. hist. XI 26 „. . . sacerdotalium litterarum, ita appellant antiquas Aegyptiorum litteras".

*induco. III 225, 35 *εχαραξεν induxit*; it. III 199, 17. 121, 38. II 475, 32. — II 475, 33 *χαρασσω induco, cancello*. — II 81, 4 *inducit χαρασσει, εισαγει*. — IV 352, 51 *inducit charaxat*; it. V 602, 26. V 601, 43 *induxit*. Exemplum huius significationis *charaxandi* verbi Th. l. l. non affert; sed cf. Wattenbach l. l. p. 161.

inscribo. II 283, 26 *εγγραφω inscribo*; it. II 87, 51. — II 87, 47 *inscribit ενγραφεται*; it. II 87, 50. 87, 48. 87, 49. — II 307, 41 *επιγραφω inscribo, subscribo* (*superscribo* e). *Superscribo* praeferendum esse elucet ex hoc loco: gr. lat. suppl. 174, 21 „inscribo superscribo vel dilacero". De *ἐγγράφειν* verbo cf. Th. Birt, Abr. p. 302.

inscriptio, inscriptum. II 87, 46 *inscriptio ενγραφη*; it. II 283, 23. — II 307, 40 *επιγραφη inscribtio, perscriptum, titulus*. Proponam ⟨*su*⟩*perscriptum*, quia semper fere *ἐπί* = *super*. — II 583, 37 *inscriptio subscriptio vel scriptio*. Hoc quoque loco *superscriptio* legendum esse suspicor. — II 437, 51 *στηλογραφια tituli inscribtio*. — IV 355, 49 *inscriptum titulum*; cf. Appel l. l. p. 106. — IV 397, 23 *titulum inscriptio*; cf. gr. lat. suppl. XLII „interrogandum est, quid est hoc, si prologus vel capitulum aut argumentum sive praefatio aut salutatio vel titulus sive pronuntiatio vel testimonium sive sumptio vel consumptio.

Sermonis hoc proprium est inscriptio, sicut legimus *est ars* sive inscriptio" eqs.; cf. ibid. ann. „hoc quod in capite librorum scribitur, diversis nominibus a doctoribus appellatur. Dicitur enim capitulus, dicitur titulus, dicitur elencus, dicitur prologus, dicitur prefacio, dicitur argumentum, dicitur prooemium, dicitur clavis."

inscriptus. II 217, 9 *αγραφος inscriptus*; it. II 452, 32. — III 483, 36 *inscriptus αγραφος, in negat ibi.* — II 283, 25 *εγγραφος inscribtus.*

interlitus. IV 356, 51 *interlitus intercessio verbi quando inter se oblitter*[*r*]*antur.* — V 523, 3 *interlitus interlinitus vel verbi intercisio quando inter se oblitteratur*; it. V 571, 6. — IV 252, 10 *interlitus intercisio verbi*; it. V 541, 11. Landgraf (Arch. IX 387) sic scribit: „interlitus interlinitus vel verbi intercisio (= Fälschung durch Herausschneiden), quando inter se oblitterantur"; contra Stowasser (Wien. Stud. 24, 203) „interlitus interlinitus; ⟨interlitura⟩ verbi interceptio, quando ⟨l⟩itterae oblitterantur". Facilius autem glossam restitui posse puto, si scribimus „interlitus vel interlinitus verbi intercisio (vel *interscissio*), quando litterae oblitterantur".

limpidus. II 264, 55 *γραμματισμος limpidus.* Quomodo glossa explananda sit, vix quisquam dicere potest. Buecheler coniecit: litterarum ductus; Dindorf: limbus; hoc quoque scribi potest: *γεγραμματισμενος litteratus* (cf. II 261, 61) aut glossam potius ex duabus contaminatam esse dixeris, nisi *limpidus* voci vel *limitatio* vel *limitis ductus* vel *lineae ductus* subesse (cf. Cassiod. var. 3, 50) Birt recte vidit.

***littera.** III 198, 30 *gramma littera*; it. IV 242, 3. 587, 19 cet. — II 523, 10 *littera stichyon, gramma.* — II 344. 11 *per litteras κατα στοιχειον.* — II 264, 49 *γραμματα hoc littirae* (*hae litterae* a) *singularia non habet*; cf. gr. lat. I 33, 16 G. — V 420, 57 *liberales littera⟨e⟩ quas seculares homines legunt*; it. V 429, 36; cf. Euseb. eccl. hist. VI 16 G. — V 368, 21 *liberales litteris* (-*as* cod. Epin.) *qui* (= *quas*)

liberi tantum legunt. — IV 361, 32 *liveralis* (*-les* a c d e) *a libertate dicte, ut sunt littere liberales*; cf. Isid. orig. 1, 4, 3. — V 662, 26 *inaccessibili littera*; cf. gr. lat. VII 428, 3 G.

litteratus. III 298, 28 *γραμματεις litterati.* — II 124, 3 *litteratus γεγραμμενος.* — II 261, 61 *γεγραμματισμενος litteratus*; it. III 331, 23. — V 643, 48 *littera⟨tu⟩s litterosus*; cf. Non. 133, 4 G; gr. lat. II 5, 8 „literata (sc. vox) est, quae scribi potest“.

litterio. V praef. XXXI *litteriones qui legendo litteratos nihil sapere didicerunt*; cf. Paucker p. 456 G; Heraeus, Arch. XII 273.

littero. II 438, 16 *στοιχειω littero.*

menda. V 621, 27 *menda vel mendum mendatium in scriptura.* De *menda* = *mendacium* cf. Arch. IX 395; Roensch, Beitr. I 45; gr. lat. VII 305, 5 G. *Mendacium* idem valere atque *mendam* vel *mendum* non miramur respicientes verba Nigidii apud Gell. 11, 11, 1 „qui mentitur, ipse non fallitur, alterum fallere conatur; qui mendacium dicit, ipse fallitur“. Haec autem glossa videtur cohaerere cum illa, cuius pleniorem formam Hildebrand l. l. p. 207 ex Papiae glossis affert: „menda in culpa operis vel corporis, mendum vero mendacium, et mendum in libris proprie, unde emendare dicitur; nam mendacium in ceteris rebus est.“ Brevior extat apud Charisium (gr. lat. I 72, 28) „ergo mendum in mendacii significatione dicitur, menda in culpa operis vel corporis“; it. gr. lat. VII 280, 13; cf. glossam ad Prud. apoth. 977 „mendum falsum hic pro mendacio. Sed mendam (= -um?) in scriptura; unde emendare dicimus, mendam (= -um?) de libro tollere“.

***nota.** III 199, 10 *simia note*; it. II 134, 33 cet. — III 491, 6 *caracter nota vel titulus.* — II 475, 26 *χαρακτηρ vultus, titulus, haec figura, nota, hoc liniamentum.* — IV 126, 24 *notas litteras* = Serv. Aen. 3, 444 G.

***notarius.** III 457, 68 *notarius σημειογραφος*; it. III 198, 62. 25, 28. 158, 61 cet. — V 605, 34 *notarius scriptor,*

charaxarius; cf. glossam ad Hor. epist. 1, 8, 10 „scribae notario“; Edict. Diocl. VII 68; Wattenbach l. l. p. 241 sqq.

notatio. II 430, 62 *σημειωσις notatio, sigillum.*

noto. II 430, 60 *σημειουμαι noto, signo.* — II 134, 35 *notare σημιωσαι*; sim. III 158, 59. 79, 32. 158, 60. In papyris saepius *σημειοῦσθαι* pro *γράφειν* invenitur, e. g. *Διονυσιανὸς ἑκατοντάρχης σεσημειῶμαι* (Wien. Stud. 24, 102).

oblittero. II 232, 44 *απαλειφω γραμματα oblittero.* — II 301, 43 *εξαλειφω oblittero, deleo*; sim. II 136, 20. — IV 544, 36 *oblitterans delens*; it. V 314, 50. 376, 36. — IV 417, 36 *obliteratus dilectus* (= deletus). — IV 370, 17 *obliteratus a litura* (*oblitteratus a littera* cod. e; it. V 315, 40).

obsignatio, obsigno. II 449, 45 *σφραγις hoc signum, obsignatio, hoc sigillum.* — II 449, 44 *σφραγιζω signo, obsigno, consigno.* — II 344, 22 *κατασφραγιζω obsigno, designo, consigno.* — IV 417, 38 *obsignat simul cum aliis sit* (= *signat* d e f). — V 470, 34 *obsignare cum aliis signare*; it. V 508, 12.

perscribo, perscriptio. II 340, 28 *καταγραφω perscribo*; it. II 148, 3. — II 340, 27 *καταγραφη perscriptio.* — II 270, 33 *διαγραφη adscriptio, perscriptio.*

***plumbum.** III 327, 52 *μολιβος plumbum*; it. saepius. — III 327, 53 *μολιβδος plumbum*; it. passim.

***praeduco** i. e. lineas praeducere ad scripturam dirigendam. III 377, 55 *praeducere παραγραφειν*; it. saepius. — III 121, 32 *perigrafo preduco.* — III 225, 29 *περιγραφω describo.* Pro *περιγράφω* scribendum esse *παραγράφω* Goetz recte annotat; sed vix recte vir doctissimus in colloquio emendando (III 646) priorem glossam (III 121, 32) secutus est. Ut autem rem perspiciamus verba colloquiorum, quae nonnullis locis inter se discrepant, afferam. Sunt haec: III 121, 23 sqq. = 646, 2 *ἐπιδίδωσίν μοι ὁ παῖς ὁ εμὸς καμπτροφόρος πινακίδας, θήκην γραφείων, παραγραφίδα· τῷ ἐμῷ τόπῳ καθήμενος λεαίνω, παραγράφω πρὸς τὸν*

ὑπογραμμόν porrexit mihi puer meus scriniarius tabulas, thecam grafiariam, praeductorium; loco meo sedens deleo, praeduco ad praescriptum et haec: III 225, 22 sqq. *επιδιδωσι μοι ο παις ο εμος πινακιδας, θηκην, γραφειον, εξαγω γραφιδα· τῳ εμῳ τοπῳ καθημενος λειαινω, περιγραφω προς τον υπογραμμον tradit mihi puer meus tabellas, thecam, stilum, produco graphium; meo loco sedens deleo, describo ad exemplar.* E contextu mea quidem sententia apparet formam posteriorem esse praeferendam, quod facile est intellectu. Nam *describere ad praescriptum* vel *ad exemplar* in hunc locum bene quadrat, *praeducere* vix aptum est; puer enim simulacra litterarum proposita imitatur, cf. Sen. epist. 94, 51 et Plat. Prot. 326 d. Occasione data annotare liceat interpunctionem apud Pollucem (onom. 4, 18 ed. Bethe) non recte esse positam, ubi legitur *γράφειν, ἀναγινώσκειν, προγράφειν ὑπογράφειν προσπαραγράφειν, τῷ γραφείῳ παραγράφειν, τῇ παραγραφίδι, ἀποστοματίζειν.* Ubi sic distinguendum videtur: *προσπαραγράφειν τῷ γραφείῳ, παραγράφειν τῇ παραγραφίδι.*

*praeductal, praeductile, *praeductorium. II 156, 3 *praeductal παραγραφος.* — III 23, 27 *παραγραφος producta⟨l⟩.* Ferreum esse *praeductal* ex inscriptione huius partis *de ferro* intellegitur. — III 327, 37 *περιγραφος praeducta⟨l⟩.* — III 198, 39 *perigrafion producta⟨l⟩.* Ut *prae* et *pro*, ita *παρά* et *περί* praepositiones inter se permutatae sunt, quod librarii earum compendia non intellegebant. — V 383, 19 *praeductalem strumentum infantium in* (cod. Epin.) *scolis*; *praeductalem strumentum = praeductal instrumentum?* — III 109, 18/19 *και τεν παραγροφεν* (= *τὴν παράγραφον?*) *praeductile*[*m*]. Scriptum videmus *praeductilem*, cum antecedat *locellum,* cuius lemma Graecum interiit; glossographus igitur *praeductilem* ut adiectivum posuit; cf. Funck, Arch. VIII 384; Ind. Jen. a. 1892 p. 15 G, quem ipse inspicere non potui. — V 323, 13 sq. *preductilem strumentum infantium*; cf. V 383, 19. — III 121, 28,

paragrafida preductori⟨um⟩. Praeductal graphium videtur esse adhibitum ad lineas praeducendas.

praescribo, *praescriptum, praescriptio. II 394, 25 *παραγραφω praescribo*; cf. gr. lat. I 235, 20 „praescribo autem *παραγράφομαι.*" — III 327, 29 *υπογραμμος praescriptum*; it. II 465, 42. 501, 10. III 121, 33. — III 225, 29 sq. *προς τον υπογραμμον ad exemplar.* — II 157, 42 *praescripti⟨o⟩ παραγραφη*; it. II 394, 24. III 337, 5 (*προ-* = *παρα-*).

praesignator. II 590, 24 *presignator qui adulterum numisma cudit vel epistulas sigillat non accepto a rege sigillo*; cf. II 396, 30 *παρασφραγιζω praesigno.*

primicerius, primiscrinius. V 510, 67 *primiscrinius primus notarius.* Item formatum est atque *primivirgius αρχιραβδουχος* III 297, 70. — gloss. Werth. Gallée 343 *primicerius qui totas chartas et scrimones* (vel *scriniones*: ita Gallée) *servat.* Pro *scriniones* proposuerim *scriptiones.*

programma. Werth. Gallée 342 *programma proconscriptio.*

pseudepigrapha. V 377, 39 *pseudo epigraffa falsa superscripta*; cf. Hieron. de vir. ill. 32 G; de origine *pseudo epigraffa* lectionis cf. Arch. XV 472.

***pugillares, pugillaris, *pugillare.** II 164, 28 *pugillares πινακιδες*; it. III 109, 18. 384, 16. II 539, 3. 551, 27. — III 198, 37 *pinacides pugillare.* — II 407, 60 *πινακιδες pugillare* (*pugillares* e), *singulare non habet*; cf. gr. lat. I 33, 1. 548, 34 G. Etiam III 198, 37 *pugillares* scribendum esse censeo, quoniam *s* littera in sermone vulgari vix audiebatur, cf. Huemer, Eran. Vind. 1893 p. 14 sqq. — II 267, 54 *δελτοι pugillares, singulare non habet.* — III 472, 18 *pugillaris δελτον* (= *δελτος*?). — III 461, 45 *pugillaris πινακιδιον, δελτον* (= *δελτος* vel *δελτιον*); it. III 476, 52. — IV 558, 11 *puellaris tabula. Puella* et *pugillaris* lemmata contaminata videntur esse, eo quod antecedit *puer.* — V 379, 43 *pugillaris tabula*; it. V 630, 60.

IV 152, 32. — IV 276, 19 *pugillare⟨m?⟩ tabulam.* — IV 558, 32 *pugillarem tabulam.* — V 326, 3 *pugillares tabulas infantum.* — V 622, 29 *pugilaris est manualis tabula vel stilus.* — IV 382, 31 *pugillare⟨m?⟩ parvum librum vel tabula.* — V 477, 30 *pugillarem parvum librum vel tabulas, qui* (= *quas*) *pugno possis includere.* — V 511, 57 *pugillares parvi libri vel tabulae, quas possis pugno includere*; cf. II 590, 42 *pugillarius pugillarium opifex.* Beda dicit (gr. lat. VII 18) „pugillares pluralia tantum, sed nostri auctores pugillarem singulariter dixerunt."

*pumex, pumico. III 327, 42 *κισηλις pumex.* — III 327, 43 *κισηριν pumex*; it. III 527, 36. — II 165, 5 *pumex κισηρις*; it. saepius; cf. E. Weissbrodt l. l. p. 191. — II 349, 55 *κισιριζω pumico.*

[rado, rasura. II 378, 45 *ξυω rado, strigo*; it. passim. — II 378, 40 *ξυσμα haec rasura.* — II 239, 29 *αποξυσμα strigmentum.* — III 207, 32 *καταξυσμα rasura.* Has glossas attuli quidem; sed illud quod est *radere* ad rem librariam et scripturae abolitionem pertinere non credo neque in his glossis indicatur.]

*regula. III 327, 51 *κανων regula*; it. III 198, 44 cet. — V 414, 34 *regula dicta quod recte ducit*; cf. Isid. orig. 6, 16, 1. 19, 18, 2 G.

rescribo, rescriptum. II 229, 18 *αντιγραφω rescribo.* — II 505, 13 *rescriptum αντιγραφη*; it. II 531, 51. — II 229, 19 *αντιγραφον rescribtum, exemplum, exemplar.*

resigno, resignator. IV 279, 24 *resignat reconsignat, aperit.* — II 241, 15 *αποσφραγιστης resignator.*

rubrica. II 272, 52 *δια μιλτου επιγραφη rubrica.* — V 545, 26 *rub⟨r⟩ica rosea tinctione*; cf. Loewe, Gl. N. 223 G. — IV 563, 28 *rubricum rosea tinctio.* — V 656, 44 *rubre dicuntur leges qua⟨e⟩ per cinnabarim scribebantur*; cf. Juv. 14, 192 G.

*scalpellum. III 110, 19 *το σμιλιον scalpellum*; it. III 23, 25. 368, 72 cet. Aut hebes aut acutum est scalpellum, quo utitur discipulus. — II 532, 24 *scalpellum zmille.* — II 505, 30 *scapellum σμιλα.* — III 207, 43 *smilion scabellum.* *l* littera ante *p* intercidisse videtur propter *ll* sequentes, cf. *scarpello* ital., *scopel* lomb.

scriba. II 180, 28 *scriba γραμματευς*; it. II 264, 53. III 74, 31 cet. — III 477, 33 *scriba γραμματευς, hinc* (= hic?) *scripturarius.* — III 271, 11 *γραμματευς, γραφευς scriba.* — IV 286, 10 *scriba legis peritus*; it. IV 567, 60. — V 579, 31 *scriba huius scribae legis peritus, legis doctor.* Translatum hoc loco videtur esse illud *γραμματεύς* et *νομικός* (= Schriftgelehrter), quod saepius legitur in Nov. Test. — II 592, 39 *scripturarius scriba.* — V 651, 37 *scripturarius* (= -os) *scribas ab scribendo*; cf. Non. 38, 1 G. — IV 567, 59 *scriba librarius qui pertinet ad libros et cartas publicas*; sim. IV 168, 38. 389, 49. V 243, 25. 331, 18.

*scribo (verb. et subst.). III 70, 77 *γραφω scribo*; it. passim. — II 270, 32 *διαγραφω scribo.* — V 515, 12 *scribo, scribonis scriptor qui scribere scit*; it. V 579, 32.

scriptio. III 495, 55 *graphia scriptio.* — V 647, 47 *scriptione[s] scriptura*; cf. Non. 174, 16 G. — II 231, 12 *ανυπογραφον sine ⟨sub⟩scriptione.*

scriptito. IV 568, 18 *scriptitat frequenter scribit*; it. IV 389, 50. — V 147, 40 *scriptat* (= scriptitat?) *frequenter scribit.* — IV 168, 27 *scriptat* (*scriptitat* c) *frequenter inscribit* (h. e. iscribit = scribit G).

scriptorium (cf. s. v. graphium). III 495, 56 *graphium scriptorium*; it. III 511, 72.

*scriptor. III 71, 3 *γραφευς scriptor*; it. passim. — III 198, 8 *grammateys scriptor.*

*scriptura. III 377, 39 *scriptura γραφη*; it. saepe; cf. Isid. orig. 6, 9, 2 „*γραφή* scriptura est"; Priscian. gr. lat.

III $_2$ 464, 18 „scriptura nomen ἡ γραφή". — III 131, 49 *grafia scriptura*; it. III 511, 71. γραφία vox nusquam alibi extans ex compositis e. g. *topograpphia* vel *holographia* ficta videtur; inspicias quaeso Isid. orig. 5, 24, 7, qui recte scribit „holographum .... Graeci enim ὅλον totum, γραφήν litteram dicunt". Contra in glossis (V 424, 33) legitur: *olografia totum scriptio*; gl. Isid. Migne 83, 1313 ... „inter hagiographa ... agio sancta, graphia scriptura". Inde quoque *agiografa, agiografia* variae lectiones = *sancta scriptura* explicandae sunt; cf. s. v. **hagiographa**. — V 483, 5 *scripturas textus litterarum*. — II 217, 10 *αγραφον sine scriptura*.

sicula. II 183, 38 *sicila σμιλα χαρτοτομος*; cf. Chr. G. Schwarz, De ornamentis librorum, Lips. 1756 p. 80 sq.; Birt, Abr. p. 305, 1. Quomodo error Isidori, qui orig. 6, 12, 3 scribit „circumcidi libros Siciliae primum increbuit", ortus et quomodo explicandus sit, hac cognita glossa intellegitur.

sigillum. III 278, 50 *σφραγις sigillum*; it. III 576, 4. — V 388, 28 *sigillum signum anuli*. — IV 285, 4 *sigilla minora signa*; it. IV. 423, 32; cf. Isid. orig. 19, 32, 1 G.

signaculum, signatorium. III 463, 66 *sigillum, signaculum σφραγις*. — III 367, 52 *signaculum σφραγισμα*. — II 183, 46 *signaculum σφραγιστηριον*. — II 183, 50 *signaculum σφραγιστηρ*. — II 449, 46 *σφραγιστηριον signaculum, signatorium*.

signatura. III 158, 45 *sfragis signatura*; cf. s. v. **dictatura**.

signo, *signum. III 79, 31 *sfragizo signo*; it. III 158, 46. — III 25, 2 *σημνον signum*; it. passim. — II 505, 36 *signum σφραγις*; it. passim; cf. gr. lat. I 554, 30 „signum σφραγίς". — IV 391, 25 *signum nota*. — V 149, 50 *signis sigillis*. II 183, 45 *signa ζωιδια και σιμια και σφραγιδυς και ρηματικως σφραγισον*; sim. saepius.

***stilus.** II 265, 8 *γραφειον hic stilus*; it. III 327, 36 cet. — V 152, 31 *stilum gravium vel calamum*. — IV 177, 2 *stilo*

gravi (*graffio* a), *scriptura.* — IV 286, 21 *stilus de quo scribitur et eloquium trac⟨ta⟩toris* (*eloquium oratoris* Birt). Illud *de* abundat; sed ablativum cum praepositione ponere pro ablativo instrumenti vulgaris sermonis est; cf. V 397, 37 *tibicen qui cum tibia canit*; IV 184, 20 *tibicen qui in tibia canit.* — V 515, 53 *stibus calamus, graphium vel novissimum.* Glossographum hoc loco *stilus* et *telos* (*τέλος*) confudisse censet Birt, qui hanc lectionem proponit: *stilus calamus, graphium*; *telus novissimum*; cf. Mar. Victorin. gr. lat. VI 74, 9, ubi *τελικός* = novissimalis. — V 483, 56 *stilum calamum graphii vel nobissimum.* Mea quidem sententia *calamum, graphium* scribendum est; librarii enim efficere conati sunt, ut aliud verbum ad aliud pertineret; qua de re cf. Heraeus l. l. p. 23 ann. 2. *gnonom*, quod pro *nobissimum* coniecit Schoell, probabilitate videtur carere.

subscribo, subsigno, subscriptio. III 80, 21 *υπογραφω subscribo*; it. III 465, 3. — II 465, 43 *υπογραφω subscribo dicitur apud leges et subsigno.* — II 468, 8 *υποσφραγιζω subsigno.* — III 464, 60 *subsigno σφραγιζω*; it. III 476, 26. — II 465, 41 *υπογραφη subscriptio*; it. III 199, 23. 381, 51 cet. — III 505, 49 *yppographia subscriptio.*

sulcus. IV 465, 32 = 44 *sulcus cannarum ductus* (carinarum ductus? G); cf. Prud. Apoth. 596; gl. Verg.? cf. Serv. in Aen. III 495 G. Glossam e Prudentio potius quam e Vergilio depromptam esse puto non solum propter litteras traditas, sed maxime propter hunc versum a Goetzio allatum (apoth. 596) „Percensere libet calamique revolvere sulcos"; praeterea conferas glossam ad Prud. perist. V 194: „sulcos litteras".

superscribo, superscriptio. II 307, 41 *επιγραφω inscribo, subscribo,* ubi codicem e secutus *superscribo* lego. — II 556, 2 *επιγραφη superscriptio.* cf. s. v. **inscribo** et **inscriptio.**

syngraphum, -a. II 505, 55 *sungrafum* *συγγραφη*; it. II 532, 37. — IV 348, 16 *haec singrafa et haec singrafae id est cautiones*; it. V 299, 46; cf. Non. 225 „syngrapha feminino genere M. Tullio auctore dicimus". — IV 172, 15 *singrava cautio vel scriptio*; it. V 150, 15. — V 332, 54 *singrava cautio*; it. V 389, 33. De hac scriptura cf. Birt, Rh. M. 52 suppl. p. 149. — V 388, 30 *singreffe* (*singrafae* cod. Epin.) *subscriptiones*. — IV 285, 32 *singraphum cautio, suscriptio*. — IV 395, 32 *syngraphum multorum scriptio vel caucio*.

***tabella.** II 425, 46 *πτυξ tabella*. — III 327, 33 *πυξ* (= *πτυξ*?) *tabella*. — III 327, 34 *πυξις* (= *πυξιν* vel *πυξιον*?) *tabella*. Glossa Hesychii *πυξιδα διπτυχα* corrupta videtur. — III 327, 35 *πιξιδιν tabella*. — II 407, 59 *πινακις tabella*; it. III 225, 23. — III 277, 46 *πινακιδιον tabella*. — III 419, 12 *tabella pinacida*. Romani accusativum Graecum pro nominativo usurpaverunt, cf. *collyrida* Vulg. 2. Sam. 6, 19 et saepius legitur in glossariis, *cicida* (a *κηκίς*), *chlamyda* vel *clamida* aliaque id genus; verba huius modi collegit Paucker l. l. p. 239. — III 270, 30 *αβαξ tabella*.

tabellarius. II 267, 55 *δελτοποιος tabellarius*. — II 194, 29 *γραμματηφορος tabellarius*. — V 526, 45 *tabellarius portitor epistolae quia priusquam chartae essent aut pergamenae in tabulis ligneis epistolae scribebantur*; cf. Fest. p. 359, 8 G. Praeterea verba similia extant apud Isidorum (orig. 6, 8, 18) „ante cartae et membranarum usum in dedolatis ex ligno codicellis epistolarum alloquia scribebantur, unde et portitores earum tabellarios vocaverunt"; sim. ibid. 5, 24, 4.

tabellio. II 194, 30 *tabellio αγοραιος, νομικος*. — V 526, 42 *tabellio* scriptor, notarius. — V 516, 16 *tabellio tabellarum portitor vel exceptor vel scriba publicus*. — V 580, 27 *tabellio portitor tabellarii* (= tabellarū); cf. Isid. orig. 9, 24, 27 G.

***tabula.** III 327, 31 *δελτοι* tabulae; it. saepius. — III 277, 45 *πιναξ* tabula; it. passim. — II 450, 60 *ταβλα* tabula; cf. Arch. VI 117; App. Probi (Arch. XI 320) „tabula non tabla"; Wessely, Wien. Stud. 24 p. 148. Similia occurrunt in glossis: *φιβλα, βακλον, τιτλος.* — II 429, 46 *σανις tabula*; it. passim. — III 465, 10 *tabula σανις, δελτος.* — II 194, 37 *tabulae σανιδες και γραμματεια* (e). — III 507, 55 *amilla tabulae* (i. e. dictatum). — V 516, 14 *tabule studia literarum*; it. V 485, 18. — II 594, 68 *tabulus tabula*; cf. Arch. XI 66.

tabularium, tabularius. II 194, 40 *tabularium λογιστηριον*; it. III 313, 3. — III 465, 11 *tabularium γραμματοφυλακιον*; it. III 313, 4. 476, 33. — II 594, 64 *tabularium ubi servantur iudiciales* (sc. tabulae?). — II 451, 2 *ταβουλαριος tabularius*; cf. C. I. L. III 6082 *ἀπὸ ταβλαρίων.* — II 362, 13 *λογογραφος tabularius.* — II 362, 17 *λογοποιος tabularius*; cf. II 362, 18 *λογοποιω dictito.* — II 265, 1 *γραμματοφυλαξ tabularius.* — V 516, 15 *tabularius notarius palatii.* — II 594, 67 *tabulariarus* (sic) *iudex legalis*; cf. C. I. L. VI 9232 „capsararius" pro *capsarius.*

tesserarius. II 264, 53 *γραμματευς scriba, tesserarius*; it. III 28, 5. 512, 9. — III 352, 51 *γραμματεις tesserarii*; it. III 298, 27. 395, 38. 420, 18.

testamentarius. II 271, 11 *διαθηκογραφος testamentarius.*

***theca** (cf. s. v. **calamarium**). III 198, 41 *calamarion* (a) *thece.* — III 327, 41 *θηκη theca*; it. passim. — V 581, 17 *thecis positionibus, vaginis*; cf. Isid. orig. 18, 9, 3 „bibliotheca librorum repositio dicitur". De abstractis pro concretis positis cf. E. Löfstedt l. l. p. 111 sq.

transscribo. II 368, 48 *μεταγραφω transs⟨c⟩ribo.* — IV 398, 2 *transcribit per scripturam tradit.* — IV 186, 4 *transscrivit perscrivit aut* (= per scripturam? G) *tradedit*; it. gloss. Werth. Gallée 356. Legendum esse *per scributuram tradit* colligitur e codice a, qui priore loco exhibet: *transsribit*

perscribitur an tradit. Librarius *tradedit* scripsit ratus *transscrivit* esse perfectum; cf. III 647, 2 *εμερισα partivi*; Verg. gramm. 59, 23 „odio . . . odivi" et 60, 13 „adivi".

uncialis. V 399, 23 *uncialibus longis*; cf. Hieron. praef. in libr. Job. G.

De studio calculandi.

abacus. II 215, 2 *αβαξ abagus.* cod. Harlei. 3376 *abacus i. e. mensa pingentis, stilus, tabula vel virga geometralis.* cod. Vat. 1468. m. 3 *abaco pinna vel grafium.* Has glossas contaminatas vel truncatas esse apparet; cf. quae Goetz in indice C. Gl. L. annotat.

acceptum. II 295, 38 *ελογισατο accepto tulit.* — II 397, 30 *παρεδεξατο, ελογισατο accepto tulit*; sim. passim.

addo. II 423, 10 *προστιθημι addo, adicio, auctionor, adaugeo, applico;* sim. saepius.

adnumero. II 444, 18 *συναριθμω adnumero, connumero.*

aera. V 638, 8 *aera numeri nota;* cf. Non. 74, 3 G. — V 560, 24 *aera numerum, capitalium, pars* (= numerus, capitulum, pars?). — V 560, 21 *aera numerum* (= -us?), *capitulum.* Singulas partes rationis significat *aera* apud Nonium (193); contra Ruf. Fest. brev. 1, 1 „ingentes summas aeris brevioribus exprimunt" (i. e. *capitulum*?). Fortasse autem adiit glossographus Isidorum, cf. orig. 6, 15, 4 „per singulos Evangelistas numerus quidam capitulis affixus adiacet, quibus numeris subdita est aera quaedam minio notata, quae indicat, in quoto canone positus sit numerus, cui subiecta est aera".

arithmetica, -cus. IV 21, 35 *aritmetica numerorum ratio.* — — V 337, 15 *aretimetica difinitio.* — V 342, 32 *arithmetica numeralis;* cf. Isid. orig. III. praef. „arithmetica est di-

sciplina numeralis (vel *numerabilis*) quantitatis". — IV 21, 40 *aritmeticus numerarius;* it. IV 19, 48. V 168, 23. 267, 47. Substantivum *arithmeticus* non ante saec. V extat.

***calculatio.** III 327, 28 *ψηϑαμος cauculatio;* Boucherie ψηφασμός; cf. Birt, Buchw. 92 G. *al* > *au*, cf. Birt, Rh. M. 52 suppl. 79 sqq. — III 440, 55 *calculatio ψηφος, λογος*; it. III 479, 8. — II 468, 42 *υποψηφισις subputatio, calculatio*; cf. II 468, 41 *υποψηφιστης subputator.* Cum neque ὑποψήφισις neque ὑποψηφιστής usquam alibi legatur, glossographum propter *sub* praepositionem vocabula finxisse suspicamur.

***calculator.** II 480, 41 *ψηφιστης calculator;* it. III 7, 29. 165, 4 cet. — II 572, 8 *calculator conputator;* it. V 274, 12. — V 173, 44 *calculator a calculis id est lapidis* (= lapidibus) *minutis, quos antiqui in manu tenentes numeros componebant* = Isid. 10, 43 G.; sim. II. praef. XII. — III 198, 63 *psifopectis* (= ψηφοπαίκτης) *cauculator.* Cum haec glossa sic tradita sit in parte glossarii, cui inscribitur *de ludo litterario*, nihil aliud relinqui videtur, nisi ut lemma falso iniunctum esse putemus (qua de re fusius egi s. v. **membra**). Omnibus enim locis *ψηφοπαίκτης* significat eum, qui calculis ludendo fallit, item atque aetate posteriore *calculator*, cf. III 172, 42 *psisopectis prestigiator;* it. gr. lat. I 550, 10; C. Gl. L. II 587, 19 *methodum calculatio,* ubi *methodum* = Täuschung, cf. Heraeus l. l. p. 5.

calculo, -or. III 440, 59 *calculor ψηφιζω*; it. III 484, 2. — III 402, 77 *cauculat psefizi.*

***calculus.** III 327, 61 *ψηφος calculus;* it. III 382, 42. 440, 58 cet. — III 467, 52 *calculum ψηφος.* Neutrum probant Weinhold (Arch. IV 180) et Appel l. l. p. 106. — III 81, 11 *psefos conputus;* it. III 402, 75. — II 571, 18 *cauculus compos* (= computus Loewe, Gl. N. p. 26). — V 273, 62 *calculus computus a lapillis, quos sibi componunt,*

calx enim lapis est. — V 274, 28 *calculus lapillus et ratio et sententia[m] et numerus;* sim. V 349, 40. 174, 1 cet.; cf. Hor. schol. a. p. 325 „Romani pueri a prima aetate calculum discunt h. e. computationibus operam dant“.

computatio. II 480, 49 *ψηφος hic calculus, hoc suffragium, computatio* (α). — II 106, 11 *computatione ψηφῳ.* — II 441, 36 *συλλογισμος haec computatio, pensatio*; it. II 494, 45. — Huc refero etiam hanc glossam: II 443, 32 *συμψηφος computator*; it. II 448, 42. Ubi scripserim *computatio*, praesertim cum antecedat duobus locis: *συμψηφιστης computator*; *σύν* enim falso praefixum est voci propter *con* praepositionem; nam *συμψηφιστής* hoc tantum loco legitur et *σύμψηφος* ceteris omnibus locis habet aliam significationem, cf. Du Cange s. v. Itaque *συμψηφος computator* = *ψηφος computatio* esse mihi veri simile videtur, quod extat II 480, 49.

computator, computo. II 480, 42 *ψηφιστης ο του αριθμου computator, numerarius, ratiocinator;* cf. II 244, 32 *αριθμητης numerarius.* — II 480, 36 *ψηφιζω computo*; it. III 108, 42. 109, 51 cet. — II 443, 30 *συμψηφιζω computo.*

computus. III 31, 11 *psefos conputus*; it. III 164, 66. 402, 75. — V 402, 75 *computus consiliis* (= cauculus?).

deduco, deductio. IV 50, 15 *deduc detrahe, minue*; it. IV 504, 33. — IV 50, 17 *deductio disputatio vel demptio.* — V 450, 28 *diductio disputatio aut diminutio*; it. IV 56, 13. — II 40, 1 *deductis υφαιρεθεντων.*

***digitus.** III 382, 41 *digitos δακτυλους.* Non modo ex contextu glossarum III 382, 40 sqq. *et numeros και αριθμους, digitos δακτυλους, et calculos και ψηφους,* sed etiam e multis aliis locis satis apparet veteres digitis in calculando usos esse; cf. Plaut. mil. glor. 204; Plin. N. H. 34, 8, 19. 2, 23, 21; Suet. Claud. 21; Birt, Buchr. p. 191.

divido, divisio. III 133, 31 *diero* (= διαιρῶ) *divido*; it. III 515, 21. — II 271, 22 *διαιρω ψηφους dirimo.* — II 271, 21 *διαιρω divido, divido, dirimo,* ubi scripserim *divido, dicido, dirimo* propter hanc glossam: II 271, 15 *διαιρεσις divisus, divisio, dicisio*; sim. II 54, 10. Sed dubitari potest, utrum *dicisio* vox mutanda sit in *discissio* necne; saepius enim occurrit *discissio* in sequiore latinitate e. g. apud Cassianum (c. Nest. 5, 4, 3) „divisionem aliquam aut discissionem" (cod. M *dicissionem*).

duco. II 56, 5 *ducit αγει, ελκει, ηγειται, προλαμβανει, ψηφιζει.*

*locellus, loculus. III 366, 3 *locellus γλωσσοκομος.* — III 92, 17 *glossocomon lucellus.* — II 263, 46 *γλωσσοκομο⟨ι⟩* (cod. e) *luculli* (*loculi* e) *pluraliter tantum declinabitur luculli*; cf. gr. lat. I 327, 28 „masculina semper pluralia: .... loculi" (cod. *luculi*); ibid. 32, 22 „item masculina semper pluralia: ..... hi loculi, legimus et loculus" (cod. *luculus*). — II 263, 47 *γλωσσοκομον lucullum.* — II 263, 48 *γλωσσοκομιον lucellum.* — V 368, 5 *loculus vas ligneum.* — V 506, 35 *loculis scriniolis;* it. saepius. — II 542, 52 *loculus γλωσσοκομον.* — IV 361, 42 *loculus locellus.* Groeber (Arch. III 514) *locellus* formam solam in linguis romanicis reperiri ostendit. Notum est illud Horati „laevo suspensi loculos tabulamque lacerto" (serm. 1, 6, 74). Utrum calculos an calamos an alia id genus discipuli loculis condiderint, vix discerni potest. De *loculus* = scriniolum ad libros reponendos cf. Birt, Buchr. 245, 9.

mathematicus. II 363, 59 *μαθηματικος mathematicus*; it. III 308, 52. 530, 5.

multiplicatio, multiplico. II 412, 54 *πολυπλασιασμος multiplicatio.* — II 131, 24 *multiplicat πολυπλασιαζει.*

numero, *numerus. II 244, 34 *αριθμω* numero; it. passim. — II 480, 50 *ψηφος ο αριθμος numerus.* — III 382, 40 *numeros αριθμους.*

ratio, ratiocinatio, ratiocinator. II 169, 6 *ratio λογος, αναλογια, ψηφος.* — II 169, 8 *ratiocinatio λογισμος.* — II 541, 28 *ratiocinatio διαλογισμος.* — III 520, 14 *rationes εφημεριδες.* — II 362, 15 *λογοθετης raciocinator, discussor, dispunctor.* — II 169, 7 *ratiocinator λογιστικος.* — II 591, 12 *raciocinator qui racionem subtiliter querit.*

ratiocinium, ratiocinor, ratiuncula. II 362, 10 *λογισμος επι λογοθεσιον raciocinium.* — II 362, 14 *λογοθεσιον raciocinium.* — V 414, 35 *ratiociniis unde ratio conprobetur;* cf. reg. Bened. 2, 88 G. — II 362, 16 *λογοθετω raciocinor.* — II 361, 58 *λογαριον ratiuncula.* — II 497, 32 *ratiuncula λογαριδιον,* ubi *λαγάριον* vel *λογίδιον* Casaubonus (G). Quae emendatio mihi supervacanea videtur; conferas enim quaeso II 392, 3 *παιδαριδιον puerculus.*

subtractio, subtraho. II 469, 11 *υφελκυσμος subtractio.* — II 469, 12 *υφελκω subtraho*; it. II 191, 18. — II 191, 25 *subtraho αφαιρουμαι.* — II 252, 57 *αφελκω abstraho, subtraho, detraho*; cf. III 80, 19 *yfeleo* (= *ὑφέλκω?*) *subduco*; it. III 161, 41 sq.

summa. II 498, 5 *summa κεφαλαιον*; it. passim.

supputatio, supputator. II 513, 33 *supputatio praefos* (= *ψηφος* e). — II 468, 42 *υποψηφισις subputatio, calculatio.* — II 468, 44 *υποψηφιστης subputator*; cf. V 623, 19 *subputo calculo.*

tocuis? (cf. calculus). V 612, 36 *tocuis calculus* (talus calculus? totius calculus Buech. G) *dictus est computus a lapillis quos sibi componunt. calcx enim lapis est, calculus diminutivum.* — cod. Leid. 67. E *totius calculus dictus est conputo,* ubi *tallus* Loewe, Gl. N. 153 G. Rectum attigisse videtur Buecheler; glossam enim pertinere suspicor ad Hil. in Matth. 20, 6 „divisione .... per quingentenum numerum facta in omni sex millium annorum summa tempus corporei ortus eius undecimo divisionis t o t i u s c a l c u l o supputatur“.

De studio legendi.

adlectio. II 564, 32 *allectatio lectio cum magistro;* cf. Loewe, Gl. N. 6. — II 395, 43 *παραναγνωσις adlectio.* — II 395, 42 *παραναγιγνωσκω adlego.* Haec *adlectionis* vel *adlegendi* verbi significatio nusquam alibi occurrit.

ambone? V 491, 15 *ambone pulpitum.* — V 410, 6 *ambone αναλογειον.* Nominativus *ambone* videtur esse eiusdem modi atque *carcere,* quem Probus in appendice condemnat, nisi forte *m* supplemus et glossam revocamus ad Cassiod. hist. 10, 4 p. 1167 B „residem super ambonem, ubi solebat prius consulte facere sermonem".

analogium. V 412, 27 *analogium lectorium ligneum, in quo leguntur libri;* cf. reg. Bened. 9, 11 G. — V 606, 41 *pulpitum analogium, lectrum;* cf. Balb. in Catholico „pulpetum analogium, lectrum"; *lectrum* ante saec. VI. extare non videtur.

lampium? V 603, 43 *lampium pulpitum, analogium* (logium? lectorium? G). Neque ex *logium* voce vel *lectorium,* neque ex *ambo* esse ortum *lampium* videtur; sed — quantum ego video — novum et integrum vocabulum est, cum apud Diefenbachium quoque sic legamus „lam-, lan-pium (i. lectrum, pulpitum, -etum) pulpt, pulpet, predigstul, lesspanck", et in Gl. Nov. „lampium, lampitum eyn pult, eyn lecter pulmet." Fortasse ex *λάβδα, λάμβδα* formata haec vox est *λάβδιον, λάμβδιον* (cf. *λαβίδιον*), quia manuale lectorium formam habet litterae Λ, estque revera *λαβδοειδές.* Quam coniecturam Birtio debemus.

*lectio. III 24, 43 *αναγνωσις lectio*; it. III 351, 66. 375, 33. 395, 20 cet.; cf. gr. lat. VI 188, 8 „lectio quid est? secundum accentus et sensuum necessitatem propria pronuntiatio." — III 70, 53/54 *ηδη κατεχω την ημην αναγνωσιν iam teneo meam lectionem.* — III 71, 65/66 *διερχομε αναγν⟨ω⟩σιν transeo lectionem*; it. III 378, 20/21. —

III 381, 63 sqq. *legi lectionem meam ανεγνωκα αναγνωσιν την εμην.* Qua de significatione *lectionis* cf. E. Löfstedt l. l. p. 206 sq. — V 379, 18 *pericapis* (= περικοπή) *lectio,* cf. Soph. Lexic. s. v. περικοπή.

lectito. V 216, 11 *lectitans frequenter legens;* it. IV 107, 42 cod. a. — V 216, 12 *lectitant legent* (= legunt); *frequenter* ex glossa antecedenti supplendum est. — IV 360, 7 *lectitat saepius legit.* — IV 533, 32 *lectitat legit crebrius;* cf. gr. lat. suppl. 152, 16 „lectito saepe lego".

lecturio. V 216, 13 *lecturio i. e. legere volo.* Eadem verba leguntur apud Isidorum (orig. 1, 9, 3); cf. gr. lat. suppl. 152, 9 „lecturio non lego sed legere volo"; Arch. I 413.

***lectorium** (cf. manuale et analogium). III 327, 22 *αναλογιον manuale, lectorium.* — III 508, 9 *analogyon manuale, lectorium.* — V 602, 52 *lectrum analogium super quo legitur*; cf. Arch. III 510; IX 429; Du Cange s. v. Afferam Greg. Tur. glor. mart. 93 „analogius in quo libro superposito cantatur aut legitur".

legibilis. II 121, 62 *legibile εναναγνωστον*; it. II 316, 14; cf. Dig. 28, 4, 1.

***lego.** III 377, 54 *legere αναγιγνωσκειν*; it. passim. — III 381, 74 sqq. *deinde ab oculo citatim ignotum et quod rare legitur* (sc. *legi*) *ειτα απο του οφθαλμου ταχεως αγνωτον και ο σπανιως αναγιγνωσκεται*; cf. Heraeus l. l. p. 34. — IV 98, 44 *inter legendum in lectione.* — V 80, 13 *lego dicimus librorum* (= librum?), *dicimus et lego id est custodiendum commendo* eqs.; cf. gr. lat. IV 552, 26 „aliud est lego librum, aliud est lego id est custodiendum commendo". *librorum* ex duplici lectione *libros* et *librum*, *libr*$^{um}_{os}$ esse ortum Birtio videtur; cf. Birt, Krit. u. Herm. p. 151. — II 303, 57 *εξ ολοκληρου αναγιγνωσκω relego, ex integro lego.* — III 647, 2 *καθηγητην επαναγιγνωσκοντα magistrum perlegentem.* — III 655, 2 *αναγιγνωσκε τρανως lege clare.*

*manuale (cf. analogium et lectorium). III 352, 21 *manuale αναλογιον*; it. III 109, 42/44. 198, 34. 277, 41. II 127, 7. — V 309, 60 *manuelem analogium graece lector⟨i⟩um. manualem* legimus etiam III 109, 42; cf. praescriptum orthographiae Einsidlensis = gr. lat. suppl. 299, 13 „altare, memoriale, salutare, sacerdotale, neutrale, amplare sine *m* scribendum". De re cf. Mart. 14, 84; Birt, Buchr. p. 176.

praelego. II 305, 33 *επαναγιγνωσκω praelego.*

pulpitum. V 411, 8 *in pulpito in gradu ubi lectores legunt;* it. V 424, 14; cf. canon. conc. Laod. 15 G. — V 606, 41 *pulpitum anologium, lectrum.* — V 381, 16 *pulpita gradus in quo lector stat;* cf. Isid. orig. 15, 4, 15 „pulpitum, quod in eo lector .... positus".

relego. II 303, 57 *εξ ολοκληρου αναγινωσκω relego, ex integro lego.*

*revolvo. III 109, 46/48 *ανιλεσον revolve* (sc. *βιβλιον librum*). Dictum est de eo, qui legere incipit.

De arte grammatica et metrica.

ablatio. III 489, 19 *apheresis ablatio de principio dictionis.* — III 508, 46 *apheresis ablatio de principio;* cf. Diom. gr. lat. I 441, 22; Don. art. 396, 8, 10, 12; Isid. orig. 1, 53, 3 G.

*ablativus. II 252, 19 *αφαιρετικη ablativus*; it. IV 22, 22. — III 382, 60 *ablativus αφαιρετικος.* — III 376, 22 *ablativus αποκομιστικος*; nullo alio loco *ἀποκομιστικός* extat; hic affertur in casibus enumerandis. Glossographus artis grammaticae expers vocem latinam inepte convertisse videtur.

absolute. II 5, 15 *absolute απολυτως.* — IV 302, 21 *absolute* (b d e) *invexo* (= *innexo* Heraeus).

absolutum. II 238, 52 *απολυτικον absolutum.* — II 5, 16 *absolutum αυτοτελες, απολελυμενον* (e); it. II 554, 57.

abusio, abutor. II 345, 11 *καταχρησις abusio, usurpatio* (a e); cf. Cic. or. 94. — II 5, 43 *abusio παραχρησις.* — II 345, 13 *καταχρωμαι abutor, usurpo* (a e). — IV 4, 28 *abutitur male utitur vel abusibe utitur.* — II 5, 39 *abusive καταχρηστικως*; cf. Hieron. (Migne 23, 135) „omne quod loquimur, *καταχρηστικῶς* i. e. abusive" eqs. — IV 201, 36 *abusive ab usu tractum* (a b); it. IV 486, 41.

acatalecton. IV 22, 44 *a⟨ca⟩talecton ubi versus legitimo fine concluditur*; cf. Diom. gr. lat. I 502, 8; Mar. Victor. ibid. VI 61, 8.

accentus. II 12, 42 *accentus προσῳδια*; it. II 508, 56. 487, 10. — II 423, 51 *προσωδια hic accentus, sonus*; sim. II 186, 21. — II 457, 11 *τονος tonus, accentus*; sim. V 102, 8. — II 537, 2 *accentus η προσῳδια, αρσις.* — IV 477, 7 *accentus acutus sonus in verbis* (b). — V 44, 1 *accentus est sonus productus.* — IV 302, 44 *accentus vox acuta sive producta.* — V 260, 40 *accentus vox alta sive producta*; it. V 343, 47. — V 436, 7 *accentus ratio metrica, correptiva id est vox.* — IV 404, 26 *accentus ratio metrica.* — IV 202, 29 *accentus sonus vocis correptae vel productae* (a b c d). — IV 5, 40 *accentus sonus, inflammatio vel vociferatio.* Quae glossa contaminata est, cf. *accensus* G; cf. Isid. orig. 1, 17, 1.

***accusativus.** II 221, 22 *αιτιατικη accusativus.* — III 382, 58 *accusativus αιτιατικος*; it. III 376, 20.

activum. II 14, 6 *activum ενεργητικον*; it. II 298, 45.

acyrologia. III 487, 8 *acyrologia non propria dictio*; it. III 506, 14. — IV 6, 34 *acirologia ⟨in⟩propria*, ubi *inpropria dictio* Nettleship, Journ. of Phil. XIX 114; cf. gr. lat. IV 394, 29; Isid. orig. 1, 34, 4 G.

***adverbium.** III 375, 78 *adverbium επιρρημα*; it. II 10, 1. 310, 36. III 328, 26 cet.; cf. gr. lat. suppl. 63, 13

„ἐπίρρημα hoc est adverbium"; it. ibid. 211, 28. — II 310, 37 *επιρρηματικως adverbialiter.*

alogus. III 509, 60 *alogus nota est in libris;* it. III 489, 63; cf. Isid. orig. 1, 21, 27 „alogus ad mendas adhibetur."

ambitus. II 16, 9 *ambitus περιοδος, περιδρομη.* — V 265, 13 *ambitus circuitus vel potentia;* cf. Isid. orig. 2, 18 „periodos ambitus vel circuitus".

amfridis? V 338, 41 *amfridis versiculis* (*amphrysiis* Heraeus); cf. V 428, 21 *Amphrysia Sibylla.*

amphibrachys. III 509, 69 *amphibrachis quod duas breves habet et longa⟨m⟩.* — III 488, 31 *amphibrachis hinc inde brevis;* cf. Isid. orig. 1, 16, 9 „amphibrachys, quod in utraque parte brevem habeat, longam in medio interiacentem".

amphimacrus. IV 18, 43 *anfimacros ex ⟨u⟩traque vrevis*; cf. Pomp. gr. lat. V 122, 26 (G) et glossam sequentem.

anapaestus. III 489, 2 *anapestus pes metri*; it. III 510, 6. — IV 18, 42 *anapestis ex utraque longus.* Lemmata glossarum IV 18, 42 et IV 18, 43 non recte explicata esse nemo est quin videat; quomodo autem error ortus sit, docet codex a, qui sic exhibet glossas: *anapaestus ex utraque longus, amphimacrus ex utraque brevis, amphibrachys* sine interpr. Inde apparet interpretamenta *ex utraque longus* et *ex utraque brevis* pertinere ad lemmata *amphimacrus* et *amphibrachys* et postea omissum esse *amphibrachys.*

anacreonticum. III 489, 1 *anacreontium genus metri.* — III 510, 4 *anacreonticum metrum.*

analogia. V 338, 23 *apalogia ratio verborum.* — III 509, 54 *analogia similis declinatio*; cf. Varr. de l. l. 10, 74 „analogia est verborum similium declinatio similis". — IV 18, 38 *anagogia regula artium ad loquendum* (a); cf. Diom. gr. lat. I 456, 5 G. — IV 18, 45 *analogia proportio*; cf. Pomp. gr. lat. V 197, 22 G. — V 4, 16 *analogia est initium vel*

rectitudo alicuius verbi. Quam glossam esse contaminatam putat Birt ex his: *alfa initium* (IV 14, 37) et *analogia rectitudo alicuius verbi*; varia lectio *vicium* cod. a nullius momenti videtur.

***anceps.** III 25, 1 *αμφιβολον anceps* (a b, sc. genus). — V 265, 44 *anceps dubium*; cf. Non. 245, 13 G.

anomalum. V 338, 13 *anomalum inlegale.*

antistichon. V 560, 53 *anostichon ubi littera pro littera ponitur.* *ἀντίστοιχον* coniectura (G) verbis Pompeii (gr. lat. V 194, 34) et Servii (ecl. I 2) commendatur.

antepaenultima. II 419, 45 *προπαρατελευτος antepenultima* (a b).

antisigma. V 561, 2 *antisigma contrarium sigma*; cf. gr. lat. VII 535, 18.

antiquitas. II 20, 46 *antiquitas αρχαιοτης, αρχαισμος.* — III 72, 10 *archaismos antiquitas*; cf. Quint. 2, 5, 21; Cic. Brut. 82; C .Gl. L. II 246, 26 *αρχαιζω antico.*

antithesis. III 488, 60 *antithesis litterae pro littera positio*; it. III 508, 12. — IV 18, 1 *antitesis contrapositum*; cf. Don. gr. lat. IV 397, 1; Isid. orig. 1, 34, 6 G.

antonoma. IV 18, 41 *antonoma pronomen.* Male *antonoma* translatum est ex *pronomen*, cf. gr. lat. suppl. 63, 12 „ὄνομα id est nomen, antonoma id est pronomen"; Prisc. gr. lat. II 57, 1 „dicitur autem *nomen* vel a Graeco, quod est *νομα* et adiecta *ο* ὄνομα, dictum a tribuendo".

apocope. III 489, 18 *apocope ablatio de fine dictionis;* cf. Diom. gr. lat. I 441, 22; Isid. orig. 1, 35, 3 G. — III 508, 45 *apocope distinctio composite dictionis.*

***appellativum.** III 328, 38 *προηγορικον appellativum;* it. III 24, 49 cet. — III 376, 37 *προσηγοριτικον appellati⟨v⟩um.* — II 421, 23 *προσηγορικον appellativum, appellativa.* — II 421, 24 *προσηγορικως appellative, vocabulariter.*

appositio. II 394, 42 *παραθεσις adpositio;* cf. Prisc. gr. lat. III 180, 10.

aptotus. a ante IV 5, 27 *abtotum ubi nulla est inflexio casu⟨u⟩m.* — II 243, 28 *απτωτος, ο ακλιτος indeclinabilis.*

arroganter. II 315, 9 *ερωτηματικως adroganter*; nihil aliud *adroganter* est nisi *ad* (= adverbium) et *roganter*, cf. II 554, 24, ubi *ar* (= articulus) supra *της* scriptum est.

*ars. III 375, 52 *ars τεχνη*; it. III 328, 4 cet. — III 328, 1 *τεχνης γραμματικης artis grammaticae*; it. III 375, 50.

arsis. IV 21, 36 *arsis evatio.* Non modo *elevatio* (G) et *elatio* (Buech.) conici potest, sed etiam *levatio*, cf. Mar. Victor. gr. lat. VI 40, 10 „arsis elatio"; Ps. Serg. gr. lat. IV 523, 1 „arsis levatio"; ibid. 480, 12 „arsis elevatio"; it. Isid. orig. 1, 16, 21. 3, 19, 9.

arthron, *articulus. IV 21, 38 *artron articulos* (= -us). — III 375, 75 *articulus αρθρον*; it. passim.

articulatus. II 297, 40 *εναρθρος articulata, articulatus*; cf. Mar. Victor. gr. lat. VI 4, 14.

*artificialis. III 199, 1 *techinica artificialia*; it. II 454, 49; cf. Quint. 1, 8, 14. — II 454, 50 *τεχνικως artificialiter, fabre* (a e).

*aspiratio. II 266, 38 *δασεια* (sc. *προσῳδία*) *adspiratio*; it. III 491, 64. 514, 13; cf. Diom. gr. lat. I 435, 21 „*δασεῖαν* .... aspirationem". — II 266, 44 *δασυτης adspiratio.* — III 381, 38 *cum adspiratione μετα προσπνέυσεως* (sc. *versus reddere*) i. e. fervidiore dictione uti; it. II 422, 49. — II 569, 24 *babylonicum sine aspiratione.* — II 481, 1 *ψιλον tenue, babylonicum.* De his glossis contaminatis cf. Loewe, Prodr. 133; Gl. N. 128.

auxesis. IV 23, 54 *ausesis augmentum dictionis.* — II 251, 12 *αυξησις auctio, augmentum, auctus, hoc incrementum*; sim. passim. — V 417, 35 *auxesin augmentum*; cf. Cassian. inst. 10, 8, 1 „per singula verba increpationis auxesin".

bannita. V 562, 33 *bannita sillaba i. congluttinatio litterarum vel temporum*; cf. L. Traube, Arch. VI 266 G; Holder, Altk. Sprachsch. s. v. benna.

baria. V 592, 43 *baria regula, norma, rubrica.* — IV 602, 10 *b[r]aria gravis*; cf. Loewe, Prodr. 64; Isid. orig. 1, 19, 2 G.

***brevis.** III 328, 16 *βραχια brevis*; it. II 259, 60. — III 375, 58 *brevis κολοβα.* — III 497, 80 *koliba brevis vocalis.*

***casus.** III 24, 53 *πτωσις casus*; it. passim.

causalis. II 221, 28 *αιτιολογικοι causales*; cf. Char. gr. lat. I 224 „causales *αἰτιολογικοί* coniunctiones sunt"; it. Dosith. gr. lat. VII 418.

causativus. II 221, 26 *αιτιολογικος causativus*; it. II 221, 27; cf. Prisc. gr. lat. II 185, 25.

circuitus. II praef. XXXVII *periodos circuitus*; it. II 403, 35. 487, 44,

circumflexus. II 101, 12 *circumflexa, circumducta περισπωμενη.* — II 404, 32 *περισπωμενη circumflexa*; cf. Isid. orig. 1, 18, 13 „*περισπωμένη* i. e. circumflexus."

circumscribo, circumscriptio. II 402, 26 *περιγραφω circumscribo*; it. III 156, 45. — III 442, 3 *circumscriptio περιγραφη*; it. III 479, 10. II 402, 23.

collisio. II 440, 38 *συγκοπη collisio.* — III 520, 27 *eelipsis* (= *ἔκθλιψις*) *conlisio*; cf. Diom. gr. lat. I 442, 25 „ecthlipsis est collisio"; sim. Don. gr. lat. IV 396, 28.

colon. V 56, 2 *colon neutrum est ut quo⟨d⟩libet colon* = Don. in vit. Verg. p. 61 Reiffersch. G. — IV 45, 18 *cola* (= -on) *dictio longa* (cf. IV 45, 19 *comma brevis* sc. dictio). — V 278, 69 *cola frustra* (= frusta? G) *dictionum.* — V 627, 14 *cola* (= -on?) *sententia prolongata.*

comma. IV 496, 54 *comma brevis dictio septem particulae dictionum*; cf. V 279, 3 . . . . *vel duae particulae* eqs. Pro

vel vocula posuit falso librarius *septem* (= VII) et *vel duae* (= VII). — V 502, 49 *goma* (sub *g* littera) *particula sententiae*; cf. Isid. orig. 2, 18, 1 G. — IV 221, 14 *comma brevis dictio*; it. V 614, 17. IV 45, 19. — V 9, 17 *commata sunt particulae sensuum, graece dictae, quae* (*quia* Hagen) *conexa faciunt cola*; *nam praecisus sensus comma dicitur ut apud Vergilium*: „*arma virumque cano*“ *comma est*; „*Troiae qui primus* ⟨*ab ōris*⟩“ *comma est*; „*Italiam fato profugus*“ *item comma est*; *sic quousque pervenietur ad plenam sententiam, ut est* „*Laviniaque venit litora*“ *id est illum cano, qui venit ad Lavinia litora*; cf. gr. lat. suppl. XLV G. — IV 318, 31 *commatibus partibus*. — V 596, 40 *commatibus disciplinis*. Expectes *mathematibus* in lemmate, quamquam sub *c* littera tradita est (Birt).

commatice. V 279, 28 *comm*[*od*]*aticae breviter*; cf. Hieron. in Hab. 3, 11 sqq. p. 649 „ut .... LXX commatice per capitula disseramus“; Hieron. ad Rufin. 2, 18.

commaticus. V 181, 4 *commaticus versificator, brevis*. — V 187, 15 *cumaticus versificator, qui commata habet*; it. V 595, 17. V 614, 18. — V 351, 31 *commaticum articulatum* (cod. Epin.). Nusquam alibi *commaticus* pro versificatore legitur, quam ob rem nescio an *versificatus* legendum sit.

***commune.** II 351, 53 *κοινον commune*; it. III 147, 38.

***comparatio.** III 352, 40 *comparatio ισωσις*; cf. IV 221, 10 *comparat adsimilat*. — II 110, 42 *conparatio συγκρισις*; it. II 440, 42. III 443, 73.

comparativum, -e. II 110, 43 *conparativum συγκριτικον*; it. II 440, 44. — II 110, 44 *conparative συγκριτικως*; cf. II 440, 41 *συγκρινω comparo, comfero*.

***compositum.** III 376, 15 *composita συνθετα*; it. II 446, 30; 29 cet.

comprehensio. II 111, 44 *conprehensio συλληψις*.

coniectura. V 279, 57 *coniectura consimilia sive conparationes vel argumentatio, interpretatio*; sim. saepius. — IV 235, 51 *ex coniectura ex arbitrio*; it. IV 514, 4.

coniugatio. II 109, 44 *coniugatio συνζυγια επι ρηματος τεχνικου*; cf. Charis. gr. lat. I 175, 30.

***coniunctio.** III 375, 79 *coniunctio συνδεσμος*; it. III 24, 59. 328, 27 cet. — II 444, 42 *συνδεσμος το μερος του λογου haec coniunctio*; cf. gr. lat. I 552, 33 „coniunctio σύνδεσμος". — II 440, 30 *συναφη series, copula, coniunctio, coniugium, copulatus*; sim. II 444, 32. 446, 4. IV 322, 28. 38, 4.

coniunctivus, -um. II 109, 40 *coniunctivum συζυγια ρηματων*; cf. Don. Ter. Hec. 440 „acervo (sc. vocum) sine coniunctivo (i. q. coniunctione) est usus". — II 445, 61 *συνζευκτικος* (e) *coniunctivus, subiunctivus, copulativus*; cf. Serg. gr. lat. VI 432, 29.

***consonans.** III 328, 13 *συνφωνα consonantes* — II 443, 25 *συμφωνον επι των γραμματων consonans.*

***contextus.** III 376, 24 *contextus παραφρασις.* Nullus alius locus extat, ubi haec significatio *contextus* vocis affertur; *contextus* = Mittext, der beigegebene Text (Birt). — IV 418, 41 *paraph⟨r⟩asin coniectorum* (= coniecturam G).

correptio. II 116, 57 *correptio συστολη.* — II 447, 54 *συνστολη conreptus, conreptio*; cf. Diom. gr. lat. I 442, 5 „systole est correptio"; it. suppl. 247.

correptivum. II 117, 18 *correptivum συνεσταλμενον.*

dactylica metra. III 513, 49 *dactila metra iambica et trocaica.* Glossographus male intellexit vel transposuit verba Isidori (orig. 1, 38, 6): „a pedibus metra vocata, ut dactylica, iambica, trochaica" G. Similem locum inveni gr. lat. suppl. XLV 1 sq. „dactylica, iambica et trochaica metra a pedibus sunt vocata. Dactylica metra principalia sunt".

*dativus. II 280, 26 *δοτικη dativus.* — III 376, 19 *dativus δοτικος*; it. III 382, 57.

declinatio. II 38, 43 *declinatio κλισις*; it. II 350, 62.

*declino. II 350, 61 *κλινω declino, inclino.* — II 350, 57 *κλινεται inflectitur, declinavitur* (a e *declinatur*). — III 226, 28/29 *εκλινα γενη ονοματων declinavi genera nominum*; it. III 122, 35/36.

deminutive. II 466, 39 *υποκοριστικως deminutive*; cf. Fest. p. 243 „praedonulos ὑποκοριστικῶς i. e. diminutive."

deponens. II 236, 55 *αποθετον deponens, conditum. ἀπόθετον* pro *deponens* voce nusquam extare videtur; sed Anecd. Gr. II p. 303, 17 et 304, 11 (ed. Bachmann) legimus *ἀποθετικόν* = *deponens.*

derivatum. II 44, 47 *derivatum παραγωγον*; cf. II 45, 2 *derivat παραγει.* — II 44, 46 *derivatia παραγωγαι*; codd. h i *derivatio παραγωγη*; cod. a *derivativa παραγωγαι.* Utrum hoc loco *derivatio παραγωγή* an *derivativa παράγωγα* scribendum sit, vix diiudicari potest; cf. Diom. gr. lat. I 323, 19 „. . . ex his nascuntur derivativa, quae apud Graecos paragoga dicuntur". Fortasse duae lectiones recipi possunt: *derivatio παραγωγή*; *derivativa παράγωγα.*

dicibile. II 48, 41 *dicibile λεκτον, ρητον, λογος, κλιρος* (*λῆρος* Schöll); cf. Aug. dial. 5 „quidquid autem ex verbo non auris sed animus sentit et ipso animo tenetur inclusum, dicibile vocatur . . . quattuor distincta teneantur, verbum (*φωνή*), dicibile (*λεκτόν*), dictio (*λέξις*), res (*πρᾶγμα*)"; cf. Reitzenstein, M. Terentius Varro und Joh. Mauropus von Euchaita p. 75 ann. 1.

dicisio (= discisio). II 271, 15 *διαιρεσις divisus, divisio, dicisio* (= discisio); cf. Diom. gr. lat. I 442, 11 „diaeresis est discisio syllabae."

dipthongus. V 286, 43 *diptongas duae litterae sunt* (legas *sive*) *vocales.* Quae glossa pendere videtur ab his locis: Mar. Victor.

gr. lat. VI 26, 26 „cum duae vocales iunguntur, quas syllabas Graeci diphthongos vocant“, et Mall. Theodor. ibid. VI 586, 25 „iunguntur inter se binae vocales, quas Graeci diphthongos (cod. P dipthongas) vocant“. — III 514, 39 *dyptongum duplum.* Fortasse referri potest haec glossa ad Isid. orig. 1, 15, 2 „ideo autem syllabae . . . aut dupla aut simpla habere videntur spacia temporis. Diphthongae syllabae Graeco nomine dictae, quod in eis binae vocales iunguntur“. — De scriptura et genere vocis cf. W. Schulze, Orthographica II 1894/95.

diversiclinia. V 597, 35 *diversiclinia heteroclita*; cf. Prisc. gr. lat. III 145, 3 „ἑτερόκλιτα i. e. diversiclinia“ G. Litteris Latinis scriptam videmus vocem gr. lat. I 35, 31.

***dualis.** III 376, 12 *dualis δυικος*; it. III 382, 66. II 55, 58. 281, 22. — II 55, 57 *duale δυικον.* Neutrum invenitur in Quint. 1, 5, 42 cod. B „δυϊκόν duale“ et in Bekkeri Anecd. gr. p. 975: *δυϊκόν, ἑνικόν, πληθυντικόν.* — II 281, 23 *dualiter δυικως.* Adverbium *dualiter* nullo loco nisi hoc extare videtur.

ectasis. V 358, 47 *ectassis productio syllebae* (= syllabae). — V 191, 41 *ectasis productio contra natura⟨m⟩, ut Italiam fato, cum Italia correpte didicebat* (= *dici debeat* m. 4). Hanc glossam fluxisse ex Isidori orig. 1, 34, 4 putat Goetz: „ectasis productio contra naturam ut *Exercet Diana choros*“ (Verg. Aen. I 499), quem ad locum Servius nihil adscripsit, sed ad Aen. I 2 „sane *Italiam* i contra naturam producta est, cum sit natura brevis“. Ad illum locum Isidori laudatum annotat Otto (tom. III corp. gramm. Lat. vet.): „vulgo praecedunt haec: *Italiam fato profugus et* .... Arevalus ita: *Italiam fato, quum Italiam correpte dici debeat*“. Quae verba et in glossis servata sumpta sunt ex Donato (gr. lat. IV 396, 14) „ectasis est extensio syllabae contra naturam verbi, ut *Italiam fato profugus*, cum *Italia* correpte dici debeat“. Itaque mihi dubium videtur, utrum

haec glossa Isidoro an Donato debeatur, praesertim cum verba Isidori: *Exercet* eqs. hoc loco desiderentur (inveniuntur apud Probum gr. lat. IV 263, 17). In glossa sequenti adiecit glossographus versum Prudentii (peristeph. IX 1 G). — V 192, 1 *ectasis est extensio sillabe contra naturam verbi ut italiam fato profugis* (... *us* m. 4.), *cum Italia correpta prima littera dicere debeamus*; *item correptum silla* (= Sylla) *forum stavit* (= statuit cod. Vat. 1773) *cornelius hoc, itali urbem*". — Eadem verba cum iisdem fere mendis inveni gr. lat. suppl. XLVIII 23 (cod. Bern. 16), ut mihi persuasum sit glossas (V 191, 41 et V 192, 1) ex eodem exemplari atque illa descriptas esse; cf. infra s. v. **-ent.**

elegiacum. III 520, 23 *elegiacum metrum*; cf. Isid. orig. 1, 38, 14 „elegiacus" (vulg. *elegiacum* sc. metrum); Mar. Victor. gr. lat. VI 57, 7 „elegiacum metrum".

-ent. V 193, 33 *ent syllaba futuri temporis,* [*e*]*unt vero praesentis sicut facient, faciunt*; cf. gr. lat. suppl. (cod. Bern. 16), ubi eadem verba exstant; conferas quae dixi supra in *ectasis* glossa tractanda.

epicoenum. II 308, 55 *επικοινον promiscuum, epicoenum.* — V 359, 59 *epicoeni promiscui sensus mas̃* (= masculini) *et fem̃* (= feminini). Affert Goetz gr. lat. II 141, 14 „epicoena promiscua" et Isid. orig. 1, 6, 34; sed hi potius loci mihi esse conferendi videntur: gr. lat. suppl. 83, 22 „epicoenon i. e. promiscuum"; ibid. 40, 15 „est epicoenon nomen, id est promiscuum, ut vultur . . . quae cum sint promiscui sexus" eqs. Itaque alteram glossam (V 359, 59) sic esse corrigendam puto: *epicoenon promiscui sexus* eqs.

epos. V 164, 8 *aepos versus heroicus, quod ipso dicuntur gesta heroum*; it. IV 474, 56. 12, 29. — IV 204, 25 *aepos versus* (glossa truncata G, quod non necessarium videtur); cf. Mar. Victor. gr. lat. VI 50, 11 „epos est

proprie heroicum metrum, quod divinarum humanarumque rerum et vel maxime heroum facta versu hexametro comprehenduntur"; sim. Diom. gr. lat. I 484, 8. 494, 32. Notanda est forma (IV 12, 29) *iesta* pro *gesta*; ante enim *e* et *i* vocales $g > j$: argento > ariento; genitos > ienitos affert Dietz, Altroman. Glossare, Bonn 1865, et contrarium: abgetarius = abietarius; et C. I. L. XII p. 954 legimus „geiuna" pro ieiuna.

etymologia. II 316, 11 *ετυμολογια etymologia.* — V 358, 29 *ethomologia proprietas.* — gloss. Werth Gallée 340 *etymologia origo vocabulorum vel proprietas*; cf. Isid. orig. 1, 29, 1 „etymologia est origo vocubulorum"; Diefenbach s. v. „eigenschafft vel krafft des worts". — II 206, 38 *veriloquium ετοιμολογεια.* Qua ex orthographia vocis graecae glossa sequens explicanda videtur: IV 233, 20 *etymologia paratum verbum*; cf. III 250, 8 *ετοιμος paratus*; III 341, 11 *εϑιμος paratus*; III 177, 37 *etimos paratus.* Ceterum *λογία* = *verbum*, cf. *γραφία* = *scriptio* (III 495, 55) et annot. s. v. **hagiographa.**

eulilogus? V 499, 17 *eulilogus versiculus.* — IV 233, 35 *eulilogi versiculi.* — IV 515, 30 *eulogi versiculi.* — V 291, 11 *euloge versiculi.* Goetz de *elogium* voce cogitat; equidem nihil aliud subesse puto huic glossae nisi *elegi versiculi.* Deminutivum enim *versiculi* fortasse explicatur verbis Horatianis (a. p. v. 77) „exiguos elegos". *eu* pro *e* saepius scriptum esse docet Schuchardt l. l. II 326 sq.; praeterea ex eo ortum esse potest, quod dicit Marius Victorinus (gr. lat. VI 110, 19) „alii vero *παρὰ τὸ εὖ λέγειν* elegos dictos arbitrantur." Similis scriptura atque *eulogi* invenitur in codd. A B M Diomedis (gr. lat. I 485), qui praebent *elogos.* Quod pertinet ad formam *eulilogi,* errore librarii ortam esse puto.

extenta. III 328, 18 *περισπωμενη extenta*; cf. II 292, 44 *εκτασις extensio, productus, prorogatio.*

Fauniorum modorum. V 22, 8 *fauinorum* (*faunorum* a c) *modorum antiquissimorum versuum, quibus fanum celebratur.* — V 69, 3 *fauniorum modorum antiquissimorum versuum, qui fanum celebrant*; cod. Vat. Pal. 1773 *celebrantur*; cod. Paris. m. 1. *celebrant.* Quomodo scribendum sit, vix diiudicari potest; fortasse lectio glossae prioris altero quoque loco restituenda est. Unde pendeat glossa, nescio; quod pertinet ad verba, similia sunt Festi (p. 325) „versus antiquissimi, quibus Faunus fata cecinisse hominibus videtur, Saturnii appellantur". Otto (R. E. s. v. Faunus) hanc glossam sic emendat: *Fauniorum modorum antiquissimorum versuum, quibus Fa⟨u⟩num celebrant.* De quo dubitari potest; nam praeterquam quod nullo loco esse traditum videtur Faunum versibus Saturniis celebratum esse, respiciendum est veteres grammaticos praeter alias derivationes originem *Faunus* vocis traxisse a *fanum*; cf. Serv. ad georg. I 10; Mart. Cap. II 167; gr. lat. VII 523, 28; Serv. ad. ecl. VI 27 „fauni ab effatione dicti, quod voces de sacris reddebant". *au* = *a*, cf. Birt, Rh. M. 52 suppl. 89 sqq.; 203. Lemma huius glossae ad scriptorem antiquiorem videtur spectare, interpretamenti autem verba inepta sunt (Birt).

***femininum.** III 376, 9 *femininum* *θηλυκον*; it. II 328, 22. III 4, 72. 146, 24. 448, 34. V 101, 17. — II 492, 27 *feminino genere* *θηλυκῳ γενει*; it. II 496, 15 cet.

***forma.** III 24, 52 *τυπος* *forma.* Apud Diomedem (p. 344, 27; 346, 1) *forma* idem significat atque *species*; cf. gr. lat. suppl. 207, 25 „formae verborum quot sunt? Forma quae graece *τύπος* sonat"; ibid. I 553, 1 „forma *ὁ τύπος*." — IV 344, 17 *forma typum.* Praeterea neutrum, quod Appel l. l. non commemorat, invenitur IV 184, 27. 399, 3. 574, 31. Fortasse fictum est secundum composita e. g. *antitypum* vocem; *typum* (n.) etiam in altercat. Simon. et Theophil. (C. S. E. L. XLV. I 21, 12. 35, 12) legitur.

frequentativum. II 445, 54 *συνεχιας δηλωτικη frequentativa* (*συνεχειας δηλωτικον frequentativum* cod. e). — II 445, 48 *συνεχος frequentativum* (*συνεχες frequentatum* cod. e). Adiectiva in *-ivus* cadentia saepe idem valent atque participia perfecti passivi, ut promiscue adhibeantur; cf. Heraeus, Praemissen zu Servius p. 165: „optativam (sc. lucem) = optatam" cet. — V 202, 42 *frequentativa a sepius agendo ut lectio* (= *lectito* m. 4), *clamito* = Isid. orig. 1, 9, 3 „frequentativa a saepius agendo ut *lectito, clamito*"; cf. Diom. gr. lat. I 344, 28 „iterativa sive frequentativa est verborum qualitas, quae assiduam in agendo vim habet".

*genetivus. II 32, 54 *genetivus γενικη*; it. II 262, 24. — III 376, 18 *genitivus γενικος*. — III 382, 56 *genitivus γεγεννημενος*. Glossographus erravit in casibus enumerandis; cf. annotationem ad glossam antecedentem: *frequentativum-frequentatum*. — V 106, 5 *genitibus cas⟨us⟩*. — V 205, 7 *genitivus casus status est, ut dicit Donatus*. Genetivus nusquam apud grammaticos *casus status* nominatur; itaque interpretamentum non suo loco esse puto.

*genus. III 376, 2 *genus γενος*. — III 328, 34 *γενος, τροπος genus*. *τρόπος* fortasse propterea adiectum est, quod in latinitate posteriore *genus* idem valet atque *modus* vel *ratio*, cf. e. g. Firm. Matern. 6, 3 „variis generibus" et 6, 4 „vario genere".

glossa. V 584, 15 *glossa lingua, quidam latinorum glosam per unum s, sed corrupte, grecum siquidem est ideoque melius per duo s profertur sicut et apud grecos*. — IV 242, 32 *glosa congregatio sermonum*; it. IV 589, 10. 605, 6. Hic non *glossa* sed *glossae* scribendum esse persuasum habeo, quod exhibet cod. c (IV 589, 10); cf. hanc inscriptionem (Not. et Extr. XXXV 12): „conscriptio glossarum explanatio sermonum". Sermones vel colloquia eadem ratione atque glossas tradita esse satis notum est. — IV 597, 53 *glosa congregatio sermonum vel interpretatio*.

— III 513, 27 *glosa adverbium declaratio.* Goetz recte *ad verbum declaratio* i. e. wörtliche, wortgetreue Erklärung proposuit; consimiles locos mecum benigne communicavit Heraeus. Etiam obscurae vocis interpretamentum *glossam* vel *glossema* significare posse colligitur ex gr. lat. suppl. 185, 14 „interdum ab auctoribus difficilior glossa ponitur, quam sit ipsum, quod exponitur, ut Hieronymus: *terrenus id est cholcus.* — De scriptura et vocis notione cf. Loewe, Prodr. 1; Groeber, Arch. II 439; Georges, Berl. Ph. W. 1886 p. 429; ind. Jen. a. 1886 p. XI; Goetz, R. E. VII 1433 sqq.

glossema. IV 83, 16 *glossima interpretatio sermonum*; it. V 364, 7. — IV 522, 42 *giossema interpraetatio sermonum.*

glossula. II 359, 26 *λεξις glossula.* — III 449, 77 *glossularum λεξεων*; it. III 481, 45.

*grammatica. III 328, 2 *γραμματικης grammaticae.* — V 362, 43 *grammatica litteralis* (sc. ars); cf. Audac. gr. lat. VII 321, 8 „grammatica . . . ἀπὸ τῶν γραμμάτων id est a litteris, cui nomen latinum a quibusdam litteratura vel litteralitas datum est“; Diom. ibid. I 421, 9 sq. „artium genera sunt plura, quarum grammatice sola litteralis est“.

gravis. II 35, 30 *gravis βαρεια.* — II 255, 55 *βαρεια grandis, grabis* (*gravis a*), *grabida* (*gravida a*); cf. Isid. orig. 1, 19, 2 („de figuris accentuum“): „*βαρεῖα* i. e. gravis“. Quod autem *grandis* scriptum est, hoc adiectivum praeferri saepius moneo *magnus* voci; cf. e. g. IV 109, 12 *lembus navicella non grandis*; V 112, 22 *lepores auritos aures grandes habentes*; IV 254, 46 *liburnus grandis navis*; it. V 506, 18.

hemistichium. V 359, 10 *emisticium medius versus.* In serie litterarum glossa sub *e* littera legitur; *medius* = *dimidius* saepius occurrit in posteriore latinitate, qua de re cf. Krebs-Schmalz, Antib. s. v.; Wölfflin, Arch. III 458 sqq.;

Rönsch l. l. 333 sq.; Bonnet, Le lat. de Gr. de T. p. 275; Löfstedt, Komm. p. 253. Ex glossis adiungo: V 366, 17 *iir semis palma*; V 553, 31 *ir medietas manus*.

hendecasyllabus (sub *e* littera). V 290, 4 *endecas syllabas versus un X syllabarum*. — V 358, 65 *endicas syllabas versus XI syllabarum*. — IV 63, 18 *endecussyllabus* (*endecasillabus* c) *versus decem syllabarum*. — IV 510, 41 *endica sillaus ver⟨s⟩us decim sillabarum*. In his glossis (IV 63, 18. IV 510, 41) a librario illitterato *un-* syllaba omissa est, id quod facile fieri poterat in hac scriptura: *un* X vel XI; cf. gr. lat. VI 401, 2545 „Quem nos hendecasyllabum solemus tamquam de numero vocare versum"; ibid. VI 614, 17 „undecim syllabarum phalaecius".

hermeneuma (cf. infra **interpretamentum**). III 579, 1 *hermeneoma hoc est interpretatio*. — III 421, 1 *pars ermineumate libri primi usque ad hominem*. Hic *ermineumatum* legendum esse Davidio assentior; *hermeneoma* forma in medio est inter *hermeneuma* et *erminoma*, quam formam Probus affert (app. 190 = Arch. XI 327, ubi conferas Heraei annotationes); *eo* > *o*, cf. Schuchardt l. l. II 464; Birt, Rh. M. 52 suppl. p. 163.

hexameter (sub *e* littera). V 66, 6 *exameter versus qui genarius* (= senarius) *dicitur*; cf. Mar. Vict. (gr. lat. VI 209, 15) „hexametri versus genera quot sunt? Tria. Quae sunt? Est hexameter dactylicus tantum, est hexameter dactylicus herous, est hexameter iambicus, qui et senarius"; idem similiter scr. r. m. p. 106; gr. lat. VI 633, 14: „huic hexametro dactylico trimetrus iambicus iungitur, quem latine senarium nominamus, id est hexametron". Praeterea cf. gr. lat. VI 372, 1580 sq. et VI 527, 14.

hiatus. II 491, 34 *iatus χασμα* (sub *i* littera); it. passim. — V 26, 2 *hiatus proprie est omnis oris apertio translata a feris, quarum aviditas hiatu*[*m*] *id est oris apertione*[*m*] *monstratur* = Isid. orig. 14, 9, 3 G.

homonyma (sub *o* littera). V 375, 26 *omonima que unomine plures res significat* (*que uno nomine plures res significant* cod. Epin.). — IV 132, 34 *omonima similia dicta*; cf. Isid. orig. 1, 7, 15 „homonyma, hoc est uninomina, eo quod sit in uno nomine significatio plurima . . . Est enim in uno nomine significatio diversa“ G. Cui loco hunc adiungo: Isid. orig. 1, 34, 16 „fit per homonyma, quo uno nomine multa significantur“. Praeterea cf. gr. lat. VII 525, 14 „homonymia una voce multa significat“. Fortasse lemma quoque huius glossae ab initio erat *omonimia* propter numerum singularem; conferas gr. lat. I 256, 10. IV 120, 11. VI 455, 4.

hortatorius. II 424, 18 *προτρεπτικος hortatorius;* cf. gr. lat. I 552, 8? G.

hymen, hymenaeus. IV 86, 32 *himen nuptiae vel carmen nuptiale*; it. IV 243, 53. — V 444, 39 *hismenehion canticum bonum nuptiale*; cf. Serv. in Aen. 7, 398 G. — IV 86, 44 *himeneon canticum novum.* Librarium *canticum novum* scripsisse suspicatur Birt propter litteras lemmatis proximas: *neon* = *novum.* — IV 524, 32 *himeus nuptias aut carmen nuptiarum.*

hymnus. V 364, 53 *hymnus laus carminum* (= laus, carmen, canticum? cf. glossam sequentem). Sed sic quoque emendari potest: *laus, carmen*; nam saepe inveniuntur in interpretamentis verba falso inter se pertinentia e. g. IV 243, 52 *hymnum laudem cantici* (= laudem, canticum); cf. infra et quae annotavi s. v. **stilus.** — IV 197, 15 *ymnus laus, carmen, canticum*; cf. Isid. orig. 6, 19, 17 G. — V 74, 7 *hymnus carmen in laude⟨m⟩ domini.* — IV 298, 23 *ymnum laus* (*laudem* b). De *hymno* generis neutrius cf. Appel l. l. p. 104; sed hoc loco *laudem* legendum esse verisimile est. — IV 243, 51 *hymnum* (*-us* c) *carmen in laude⟨m⟩ dei* = Eucher. instr. p. 160, 20 G. — V 413, 45 *hymnum laudem*; cf. reg. Bened. 11, 18. 17, 7; passim G.

— IV 403, 43 *ymnum laudem, canticum*; it. V 109, 11. — IV 243, 52 *hymnum laudem cantici* (= canticum?).

idyllion. V 104, 2 *ydillion opus paucorum versuum*; cf. Isid. orig. 1, 39, 21 G.

hypodiastole (sub *y* littera). V 104, 8 *yppodiastule subseparatum.* De *o* littera in *u* conversa cf. Schuchardt l. l. II 149 sqq.

hypostigme (sub *y* littera). V 104, 9 *yppostigmae subdistinctio, grecum*; cf. Mar. Victor. gr. lat. VI 192, 12 „. . . vocatur a Graecis ὑποστιγμή, a nostris subdistinctio".

idioma. IV 89, 2 *idioma proprietas*; it. V 365, 22. — V 76, 1 = 111, 2 *ideoma proprietas aut consuetudo.* — IV 528, 31 *idioma proprietas linguae*; it. V 301, 20. — IV 246, 9 *idioma prophetae sermonis* (= *proprietas* codd. a b c d). — V 110, 43 *idionia proprie⟨tas⟩ gr̄. genere masulino.* Verba *genere masculino* ad glossam antecedentem: *idiota inperitus* pertinere mihi persuasi. Neutra enim graeca in *-ma* cadentia saepius in feminina, nunquam in masculina abierunt. Cf. gr. lat. V 599, 9 „in multis tamen differunt (sc. graeca latinaque lingua) et quasdam proprietates habent, quae graece idiomata vocantur"; sim. ibid. V 631, 18 sq. — V 416, 41 *ideonati consuetudini* = Hieron. in Matth. 22, 30 G.

imperativus, -um. II 423, 3 *προστακτικος imperiosus, imperativus.* — II 78, 28 *imperativum προστακτικον.*

imperfectum. II 396, 36 *παρατατικος inperfectum.*

impersonalis. II 243, 22 *απροσωπος* (a e) *inpersonalis*; cf. Isid. orig. 1, 9, 5 „impersonalis dicitur, quia indiget personam nominis vel pronominis ut *legitur*".

inaequalis, inaequalitas. III 488, 74 *anomala inequalia*; it. III 509, 57. — III 207, 14 *anomalia inequalitas*; cf. gr. lat. II 417, 25 „inaequalium id est anomalorum"; ibid. II 95, 9; V 539, 22 „. . . anomalia est, id est inaequalis declinatio contra regulam".

inchoativus, -um. II 244, 55 *αρκτικος inchoativus.* — II 244, 54 *αρκτικον inchoativum.* — II 297, 41 *εναρκτικον inchoativum*; cf. gr. lat. I 252, 10 „sunt quaedam verba, quae inchoativa appellantur, ἀρκτικά" eqs.

indeclinabilis. II 243, 28 *απτωτος ο ακλιτος indeclinabilis*; cf. gr. lat. I 551, 24 „sunt quaedam, quae declinationem non admittunt, in quibusdam casibus tamen inveniuntur et dicuntur ἄπτωτα"; ibid. II 184, 6 „aptota et monoptota indeclinabilia sunt".

indicativus. II 386, 55 *οριστικος indicativus, finitivus.* — II 386, 54 *οριστικη finitivum, indicativa*; cf. gr. lat. V 634, 28 „modos etiam, quos illi ἐγκλίσεις appellant, . . . indicativum, imperativum, optativum, subiunctivum, infinitum, quemadmodum Graeci ὁριστικήν, προστακτικήν, εὐκτικήν, ὑποτακτικήν, ἀπαρέμφατον"; ibid. IV 503, 28 „dicitur idem (sc. indicativus) et definitivus ab eo quod definiat"; sim. I 338, 17. II 421, 20.

infinitivus. II 233 19 *απαρεμφατος infinitivus*; cf. annotationem ad glossam antecedentem.

*interiectio. III 328, 29 *παρεμβολη[ς] interiectio.* — II 90, 5 *interiectio σχετλιασμος*; it. III 328, 30. 328, 31 cet. — V 78, 28 *interiectio est motus vocis affectu⟨m⟩ animi demonstrans*; cf. Isid. orig. I 14 „interiectio vocata, quia sermonibus interiecta id est interposita affectum commoti animi exprimit"; sim. gr. lat. suppl. XXXVI. CCXVIII 18; ibid. IV 366, 13. VII 215, 22. III_1 90, 12 „. . . . interiectio tamen non solum, quem dicunt Graeci σχετλιασμόν, significat, sed . . . . ". gr. lat. I 190, 13 σχετλιασμοῦ δηλωτικὰ ἐπιρρήματα"; ibid. V 356, 2 „pars orationis ostendens animi motum per suspirationem". Quae verba ad σχετλιασμός vocem spectare videntur; cf. annot. Jeepii l. l. p. 293, 2.

interpretamentum. III 119, 25/26 *bibliis ermineumaticis libris interpretamentorum.* — II 504, 3 *interpretamentum*

ερμηνια; it. II 530, 56. III 7, 62. — III 136, 34 *ermineumata interpretamenta*; it. III 492, 63. 515, 45. 407, 51. — II 582, 36 *interpretamentum interpretatio*; cf. Heraeus l. l. p. 2.

interpretatio. III 542, 1 *ερμηνευμα interpretatio.* — II 90, 22 *interpretatio ερμηνια*; it. III 645, 1 cet. — III 631, 1 *incipit hermeguma* (= herme⟨ne⟩guma?) *id est interpretatio*; cf. III 654, 1 *βιβλιοις ερμηνευματικοις libris interpretatoriis.* — III 120, 3 *ερμηνευσαι interpretasse*; it. III 223, 41; cf. Isid. orig. 8, 11, 45 „. . . . sermo vel interpretatio, quae ad sermonem utique pertinet, ἑρμηνεία dicitur“; ibid. 2, 27, 3 „Aristoteles . . . Perihermeniam nominat, quam interpretationem nos appellamus“.

interrogativum. II 315, 7 *ερωτηματικον interrogativum.*

iterativum. II 305, 37 *επαναληπτικον iterativum.* — II 584, 39 *iterativum iterum quasi sed nomen de adverbio.* Loewe *quasi sit* legit, quod esse necessarium non videtur; ita enim scribi potest: *iterativum iterum quasi, sed* eqs.; cf. III 198, 57 *dissologo bis verbum.* Sed non tacebo glossam sic quoque intellegi posse: *iterativum iterum, quasi sit nomen; de adverbio* = de adverbio iterum, quasi sit nomen. Quam lectionem proponit Birt.

***iudicium.** III 25, 13 *κρισις iudicium*; it. III 351, 77. 395, 31; cf. gr. lat. VII 322, 4 „grammaticae officia quot sunt? Quattuor, id est lectio, enarratio, emendatio, iudicium . . . iudicium quid est? bene dictorum comprobatio“.

latino. II 429, 10 *ρωμαίζω latino*; cf. Arch. XI 428.

***lingua.** III 122, 23 sqq. *dierchome yponnimata, glosas* (a), *techinin* (a) *pertranseo commentarium, linguas, artem;* cf. Quint. 1, 1, 35 „. . . interpretationem linguae secretioris, quas Graeci γλώσσας vocant“.

***longa.** III 328, 17 *μακρα longa*; it. III 375, 59. 499, 70 cet.

***masculinum.** III 376, 8 *masculinum αρσενικον*; it. II 246, 1. — III 455, 68 *masculinum αρρενικον*; it. II 499, 40 cet.; cf. Fest. p. 153 „masculina et feminina vocabula dici melius est secundum Graecorum quoque consuetudinem, qui non *ἀνδρικά* et *γυναικεῖα* ea, sed *ἀῤῥενικά* dicunt et *ϑηλυκά*“.

melicus. IV 537, 17 *melicus poeta carminum quae scribuntur ad liram*; it. IV 115, 43. V 222, 1. 465, 19. — IV 258, 7 *melicus poeta carminum lyricorum.*

melopoeus. IV 115, 41 *melopeos quasi carminis factor*; it. IV 257, 46. 364, 37 cet. — V 371, 16 *melopeus carminis factor.* — V 372, 45 *melopeum dulce compositum*; it. IV 258, 15. 364, 38.

modus. II 284, 2 *εγκλισις inclinatio, modus*; cf. gr. lat. V 634, 28 „modos etiam, quos illi *ἐγκλίσεις* appellant“; ibid. V 374, 12 „modus autem est, quem Graeci *ἔγκλισιν* dicunt“.

monodia. V 118, 1 *monodiam longum carmen.*

monostichon. V 84, 27 *monos[co]tichon opus unius versi* (*-us* cod. Vat. Pal. 1773); cf. Isid. orig. 1, 39, 21 „monostichon unius“ (sc. versus opus). De *versus* secundae declinationis cf. Neue-Wagener I 782.

motacismus. V 85, 4 *motacismus m littere geminatio*; cf. Mart. Cap. rhet. lat. 474, 21 „mytacismus est, cum verborum coniunctio M literae assiduitate colliditur“; sim. saepius apud grammaticos. Schuchardt (l. l. III 259) *mo-* pro *my-* positum esse putat; sed *mytacismus* forma multo rarior videtur quam *myotacismus*. Itaque *meotacismus* forma saepius occurrit, ex qua *motacismus* item orta esse potest atque *herminomata* ex *hermineomata* vel *mo* ex *meo*; cf. gr. lat. suppl. 196, 16; Arch. II 34. De *e* pro *y* posita cf. Schmitz, Beitr. p. 107; Loewe, Prodr. p. 425.

***muta.** III 328, 15 *αφωνα mutae.* — II 254, 12 *αφωνα τα στοιχεια* (e) *muta.*

*neutrum. III 376, 10 *neutrum ουθετερον*; it. II 133, 50. 389, 27. 499, 37. 502, 26. — II 389, 14 *ουδετερον neutrum.*

*nomen. III 24, 48 *ονομα nomen*; it. passim; cf. gr. lat. suppl. 63, 12 „ὄνομα id est nomen".

*nominativus. III 376, 17 *nominativus ονομαστικος*; it. III 382, 55. — II 384, 23 *ονομαστικη nominativus.*

*numerus. III 24, 57 *αριθμος numerus*; it. III 328, 33. 376, 3 cet. — III 381, 35 *ad numerum προς αριθμον* (= ῥυθμόν, quod hoc loco postulandum est). — III 503, 20 *rithmus numerus*; cf. Rufin. rhet. lat. 581, 5 „numerus vocatur, qui Graece ῥυθμός dicitur".

obelus. IV 262, 52 *obelo linea.* — V 375, 45 *obelis virgis*; cf. Isid. orig. 1, 21, 3 „obelus, id est virgula iacens" eqs. G; Diefenbach, Gl. Nov. „obelus punckt, virgel".

optativus. II 318, 3 *ευκτικος optativus*; cf. s. v. indicativus.

paean. V 575, 14 *pean carmen vel laus p⟨ae⟩anis vel apollinis.* — V 382, 41 *pena laus apollonis*; cf. Serv. in Aen. X 738 G. Forma *pena* orta est errore librarii, quod ibi *penum* antecedit. — IV 456, 39 *paean laus vel carmen*; cf. Verg. Aen. VI 657. X 738 G. — IV 136, 21 *pane* (= *pean*) *laus, claritas.* — IV 457, 29 *peanis exclamationibus* (Verg. Aen. VII 769 G; quem ad locum hanc glossam pertinere mihi non satis certum videtur).

paenultima. II 396, 39 *παρατελευτος penultima.*

paragoge. V 231, 7 *paragoge est apposicio ad finem dictionis littere aut sillabe ut magis pro mage, ut potestur pro potest; hanc alii prosperalem sim* (= prosparalempsin) *appellant, sicut et vergilius* (Aen. XI 660 G): *bellantur pigtis amazones armis pro bellant sicut estur pro est*; cf. gr. lat. IV 396, 6. I 441, 17. V 388, 5 G; Isid. orig. 1, 35, 3.

*participium. III 375, 74 *participium μετοχη*; it. passim; cf. gr. lat. suppl. 63, 13 „μετοχή idest participium"; ibid. 213, 39.

passivum. II 142, 50 *passivum παθητικον*; it. II 391, 49.

patientia. II 391, 51 *παθος επι του ρημα⟨τος⟩ patientia.* In hac significatione *patientia* nusquam videtur extare; cf. *nocentia* = *βλάβη* (Heraeus, Arch. XIII 129), *conferentia* = *collatio* (Loewe, Arch. I 23).

pentametrum. IV 270, 32 *pentame⟨t⟩rum versus quinque pedum.* — IV 139, 44 *pentametrum versus quinque syllabarum*; it. IV 550, 12. Haud scio an pro *syllabarum* scribi possit *dactylorum*; cf. scr. r. m. 259 „pentametrum dactylicum, quod semper quinque dactylis constat" eqs.

perfectum, praeteritum. II 395, 5 *παρακειμενος perfectum.* — II 146, 53 *perfectum παρακειμενον, περαιωμενον, συντελικον*; cf. Gell. 6, 9, 13 „. . . Graeci in quadam specie praeteriti temporis (sc. perfecti), quod *παρακείμενον* appellant" eqs. — II 399, 31 *παρωχηκος praeteritum.*

*persona. III 382, 69 *personae προσωπα*; it. III 381, 70. — V 132, 16 *persona eo quod per se una est.* Interpretamentum *eo quod per se sonet* scribendum esse suspicor secutus hunc locum: gr. lat. suppl. 249, 1 „. . . dicitur persona, eo quod per se sonet, quod Graece *πρόσωπον* dicitur". Quae lectio ibidem glossa codicis Bernensis affirmatur.

*pluralis III 382, 67 *pluralis πληθυντικος*; it. III 376, 13. II 152, 30. 409, 36. — II 152, 20 *plurale πληθυντικον.*

plusquamperfectum. II 464, 49 *υπερσυντελικως plusquamperfectum.*

poema. II 411, 15 *ποιημα poema conmentum.* — IV 273, 28 *poema carmen poeticum.* — II 145, 5 *poema carmen* (a). — IV 554, 15 *poema carmen est quando poetae conscribunt*; it. IV 145, 30. — IV 378, 1 *poema quod poeta conposuit.* — V 381, 43 *poema conpositio versuum.* — V 322, 35 *poema poetatio vel ⟨com⟩positio.* — IV 554, 17 *poemata poetismum.* — V 321, 50 *poemata petussimum* (= poetismum). De *ποιητίζω* verbo *poetismus* formatum videtur, qua de

re in lemmate *scribere* suppleverim. Quae adnotatio Birtio debetur.

poesis. IV 145, 25 *poesis materia totius carminis in qua poeta versatur*; it. IV 273, 39. — V 134, 29 *poesis materia totius carminis*; cf. glossam ad Prud. c. Symm. II 52 „poesis est materia uniuscuiusque carminis". — II 411, 16 *ποιησις poesis*; cf. gr. lat. I 473, 19 G.

poeticus. IV 145, 26 *poeticus subaudis liber vel cantus*; it. IV 554, 16. V 93, 18. — IV 274, 9 *poeticus canticus.*

***poeta, poetria.** III 352, 35 *poeta ποιητης*; it. II 411, 19. III 502, 39; cf. gr. lat. II 40, 2 „poeta pro ποιητής". — V 93, 17 *poeta vatis*; cf. Varr. (Fun. p. 366) „ποιητής Latina lingua vates". — V 321, 3 *phithi poetici.* — V 385, 32 *phiti poeti.* — IV 553, 21 *pithi poethici.* — V 385, 38 *phiti petigi.* Cui glossae nihil aliud nisi *pythii* subesse vidit Buecheler; cf. W. Schulze, Orth. II p. X sq. — IV 274, 4 *poetria femina poeta*; it. passim.

polyonyma. V 381, 52 *polionima* (cod. Epin.) *multa nomina unam rem significantia*; cf. gr. lat. V 341, 20 „synonyma vel polyonyma sunt, cum pluribus nominibus singulae res significantur".

polyptoton. V 93, 24 *poliptoton diversis et pluribus casibus variata oratio*; cf. rhet. lat. p. 610, 36 „polyptoton est, cum diversis casibus variatur oratio"; sim. Isid. orig. 1, 36, 17; gr. lat. I 282, 14.

polysyllabon. V 556, 6 *polisillabis* (= -bon?) *multis sillabis.*

possessivum. II 356, 8 *κτητικον possessivum* (e); cf. gr. lat. V 147, 7 „cteticon id est possessivum".

positio, positivus. V 101, 27 *thesis positio grece*; it. saepius; cf. gr. lat. V 30, 10 „thesis positio". — II 328, 10 *θετικος positivus.*

***praepositio.** III 328, 28 *προθεσις praepositio*; it. III 460, 64. 328, 28. — II 417, 55 *προθεσις το μερος του λογου*

praepositio; cf. gr. lat. suppl. 63, 15 „*πρόθεσις* hoc est praepositio". — V 94, 9 *prepositiones superpositiones hau* (= aut) *casibus serviunt hanc* (= aut) *loquellis*; cf. gr. lat. I 230, 6. 408, 25 G. Scripserim *prepositiones vel suppositiones* secundum hunc locum (gr. lat. suppl. 265, 12): „suppositae praepositiones significationem perdunt i. sensum et vim nominis, iam non sunt praepositiones, sed suppositiones". — III 375, 77 *praepositio προβλημα*. Interpretamentum non rectum esse iam annotavi s. v. **membrum.**

praesumptio. II 418, 49 *προλημψις anticipatio, ⟨prae⟩occupatio, praesumptio, praedicatio*; sim. II 158, 5; cf. gr. lat. III 125, 15 G. — IV 274, 47 *prolemsis preoccupatio cum antea fit quod post te* (= *postea* a b) *debuit* (*presumtio* adiecerunt a b); cf. rhet. lat. p. 608, 6 „prolepsis id est praeoccupatio sive praesumtio, dicitur figura, quando ea, quae sequi debent, anteponuntur"; sim. Isid. orig. 1, 36, 2; rhet. lat. 48, 3 „*πρόληψις* . . . . Latine appellari potest praesumptio vel anticipatio"; gr. lat. V 301, 1. suppl. 268, 33.

producta. II 292, 58 *εκτεταται producta est.* — II 292, 56 *εκτεταμενη elata, proiecta, producta.*

***pronomen.** III 375, 76 *pronomen αντωνυμια*; it. passim.

***proprium, proprietas.** II 357, 2 *κυριον proprium, proprie.* — III 150, 21 *cyrion proprium.* — III 376, 6 *proprium κυριον, ενγυτερον. ἐγγύτερον* a semidocto, qui cogitabat de *propius*, perverse adiectum est. Qui error iterum occurrit in his glossis: III 381, 43 sqq. *ut et vocem praeparem propriam ινα και φωνην ετοιμασοιμην εγγυτεραν.* — II 357, 12 *κυριως proprie.* — II 357, 9 *κυριολεξια proprietas.*

punctum. II 437, 61 *στιγμη hoc punctum*; it. II 505, 7 cet.

***qualitas.** III 328, 32 *ποιοτης qualitas*; it. II 166, 11. 411, 44.

***quantitas.** III 24, 50 *ποσοτης quantitas*; it. II 166, 32. 414, 22.

***rectum.** III 25, 10 *ορθον rectum*; it. III 5, 68. II 170, 9. Quid supplendum sit, incertum est e. g. *ὄνομα nomen* vel *ῥῆμα verbum*; cf. gr. lat. II 374, 13.

scando. V 482, 48 *scandit versum dividit per artem metricam* (b). — V 331, 24 sq. *scandit ascendit, inde etiam scandi versus dicuntur, qui* (Werth. Gallée 353 *quibus*) *pedibus conponuntur.*

scazon. V 578, 17 *scazon alterum genus metri*; cf. gr. lat. VI 84, 13 „claudum autem id metrum id est scazon" G; ego quidem glossam stolide esse excerptam ex loco huiusmodi suspicor: gr. lat. VI 135, 31 „duo genera composuit . . . quorum alterum *κόλοβον* . . . sive *σκάζοντα* dixerunt".

***semivocalis.** III 375, 57 *semivocales ημιφωνα*; it. III 328, 14. — II 325, 9 *ημιφωνον γραμμα semivocale.*

***simplex.** III 24, 55 *απλους simplex*; it. III 376, 14. Sed *ἁπλοῦν* legendum esse verisimilius est, quod sequitur haec glossa: *composita συνθετα.*

***singularis, -re, unalis.** II 299, 32 *ενικος singularis.* — III 376, 11 *unalis ενικος*; it. III 382, 64. — III 24, 60 *ενικον singulare*; it. II 184, 43. — II 299, 31 *ενικον singular.* — II 184, 48 *singulatur* (= singulariter) *ενικως* (e).

***species.** III 376, 1 *species ειδος*; it. III 24, 51.

spondeus. V 579, 56 *spondeus sacrificalis*; cf. Isid. orig. 1, 17, 2; gr. lat. VII 334, 4.

subiunctivus. II 445, 61 *συνζευκτικως* (= -*κος* e) *coniunctivus, subiunctivus, copulativus.* — II 468, 11 *υποτακτικον subiunctivum.* — II 190, 35 *subiunctiva υποτακτικα* (sc. pronomina? cf. Jeep l. l. p. 184).

superlativus. II 464, 26 *υπερθετικος superlativus* eqs. — II 193, 32 *superlativa υπερθετικα.* — II 464, 8 *υπερβολικος superlativus.*

***syllaba.** II 441, 23 *συλλαβη syllaba*; it. passim. — V 99, 2 *sillaba litterarum congregatio.* — IV 285, 14 *syllaba conpraehensio litterarum vel vocabula.* — V 558, 5 *sillaba comprehensio litterarum*; cf. gr. lat. I 11, 9. 427, 4. II 44, 1 G. — IV 567, 42 *sillaba vocabula*; it. V 332, 45. — V 558, 43 *sillabica epectasis id est additio sillabe ad ornatum sive augmentum*; cf. gr. lat. II 182, 15 G.

synalipha. V 99, 5 *sinalipha ubi duae sillabae conflantur in unum.*

syncope. V 99, 6 *sincope detractio,* ubi ⟨*de media dictione*⟩ vel tale quid supplendum est; cf. gr. lat. I 441, 27.

synzygia. V 514, 6 *singiza ex variis pedibus veluti in unum pedem collecta conclusio*; it. V 579, 20; cf. gr. lat. IV 480, 28 G. — V 558, 13 *sinzugie quedam declinationes seu varie conclusiones id est dictiones quae vel sex sillabas vel amplius continent*; cf. Isid. orig. 1, 17, 1 et 20 G.

***tempus.** III 24, 54 *χρονος tempus.*

tetracolon. V 101, 28 *tetracolon quadrimembris sententia.*

tetrametrum. V 101, 29 *tetrametrum quartuor pedum versus.* Hoc loco *pes* idem significat atque *metrum.*

tetraptoton. III 521, 32 *tetraptota quattuor casuum.* — V 101, 30 *tetraptota quattuor casuum varietas*; cf. gr. lat. V 184, 28: „tetraptotum est, quotiens quattuor sunt varietates, sex tamen casus“.

tetrasyllabi. V 102, 2 *tetrasyllaba quattuor syllabarum.* — III 522, 63 *tetrasyllabi pedes quattuor.* Expectes *tetrameter* vel *tetrametri* lemma; cf. **tetrametrum.**

tmesis. III 523, 11 *thimesis unius compositionis* ⟨*sectio*⟩. Supplendum esse *sectio* intellegitur ex Donato (gr. lat. IV 401, 14); it. Beda rhet. lat. 614, 23; Isid. orig. 1, 37, 19 G. In mss. *temesis, timesis, themesis* lectiones saepius occurrunt.

trochaeus. V 526, 23 *trocheos citus.* — V 102, 16 *trocheus celer.* — V 102, 4 *tytos throcheus syllaba post quartum pedem remanens. tritos trochaeus* Aldhelm. Gramm. p. 534 Mai, recte, non *tytthos*; cf. Deuerling, Z. f. bayr. Gymn. XIV 305 G.

tribrachys. V 102, 11 *tribracis trium brevium*; cf. gr. lat. V 322, 36 etc. G; Isid. orig. 1, 17, 5.

tricolon. V 102, 12 *tricolon trimembris* (*sententia* add. Deuerling, cf. tetracolon).

***verbum.** III 24, 58 *ρημα verbum*; it. passim, cf. gr. lat. suppl. 63, 13 „ῥῆμα id est verbum“. — III 198, 57 *dissologo bis verbum* (sc. facio); cf. IV 56, 20 *dissologia duplex locutio.*

***versus, versiculum.** III 352, 24 *versus στιχος*; it. passim. — III 277, 42 *ο στιχος, το επος versus.* — II 517, 13 *hic versus to epos.* — IV 401, 2 *versos* (*versus* b) *carmina.* De *versus* secundae declinationis cf. Neue-Wagener I 782; *versos* acc. pl. extat C. I. L. V 3513 v. 1. — II 438, 5 *στιχιδιον versiculum* (*-us* a). — V 58, 39 *cordipugis versibus litteris corda pungentis* (= pungentibus); cf. Loewe, Prodr. p. 312 G.

versificatio, versificator, versifico. II 206, 54 *versificatio στιχοποιεια.* — II 438, 8 *στιχοποιω versifico.* — III 421, 42 *επων versificationum.* — V 489, 12 *versificator* ⟨*qui*⟩ *poemata scribit* (*qui* supplevit Birt). Etiam *versificatur poemata scribit* legi potest.

***vocalis.** III 328, 12 *φωνηεντα vocales.* — II 474, 22 *φωνηεν vocalis, vocale.* — II 474, 23 *φωνηεντα vocales, vocabula* (= vocabilia G), *vocalia.*

***vocativus.** II 350, 49 *κλητικη vocativus.* — III 376, 21 *vocativus κλητικος*; it. III 382, 59.

De re litteraria.

aboleo, -io. II 232, 45 *απαλειφω aboleo, deleo, abolesco, elido.* Nullo alio exemplo *abolesco* pro *aboleo* probatur; conferas autem IV 70, 46 *exolescere delere vel de memoria exire.* — II 4, 19 *abolevit εξελαθετο, ληθη παρεδωκεν, εξεπ⟨ν⟩ευσεν, απειψησεν* (g). — IV 5, 11 *abolire abstergere.* — IV 5, 4 *abolita abstersa vel deleta.* — V 341, 29 *abolenda delenda* (cod. Epin.). — IV 482, 30 *abolere e memoria paenitus tollere, delere, exstinguere*; sim. passim.

abolitio. II 232, 47 *απαλοιφη abolitio, litura.* — II 4, 24 *abolitio αμνηστια, αληθεια* (= *ληθη*? G), *απαλιφη, εκλιανσις*; sim. saepius. *ἀπαλοιφή* glossis solis tradi non recte in indice C. Gl. L. annotatum est; legimus enim apud Priscianum (gr. lat. II 563, 4) „litura *ἡ ἀπολείψουσα καὶ ἡ ἀπαλοιφή*"; ibid. III 464, 17 „litura nomen *ἡ ἀπαλοιφή*". Ad *ἐκλείανσις* cf. Anth. Pal. VI 295 „*λεάντειράν τε κίσηριν*" et Du Cange s. v. „*ἐκλείανσίς ἐστι λεύκωσις*" eqs. — V 369, 45 *litura a liniendo* (cod. Epin.).

absigno (cf. designo). II 5, 14 *absignare αποσφραγιζω*; it. II 554, 56. — II 241, 14 *αποσφραγιζω absigno, designo, resigno.* Glossographus *absigno* et *designo* propter *ἀπό* praepositionem ipse finxisse videtur.

acephalon. V 342, 50 *acefalon sine capite*; cf. Gennad. vir. ill. 80 „librum unum acephalum". Fortasse autem spectat haec glossa ad Isid. orig. 8, 5, 66 „acephali (i. e. haeretici) dicti, id est sine capite"; cf. Loewe, Prodr. 59.

acroama. IV 6, 37 *acromata scenicorum carmina* (a c); it. V 162, 21; cf. Heraeus l. l. p. 48; II 26, 3 *ακρωτηριον* (= *ἀκροατήριον*) *auditorium.*

actus. V 520, 8 *actus in comoediis significat certa spatia canticorum* eqs.; it. V 559, 15; cf. Fest. Paul. 17, 14 G.

Agaue. V 652, 13 *Agauem cantionem novam*; cf. Iuv. VII 87 G; Birt, Kr. u. H. 34.

agglutinatio, agglutino. II 421, 56 *προσκολλησις adglutinatio.* — II 421, 57 *προσκολλω adglutino, applico.* — III 153, 7 *proscollo adglutino.* — II 8, 47 *adplicatus κεκολλημενος.*

agri descriptio. III 164, 18 *chorografia agri descriptio.*

album, -us. IV 15, 5 *albus praetoris ubi conscripti sunt qui recitandi sunt; tabula est et habet albis litteris iudices et senatores;* it. V 165, 37. 264, 35; cf. IV 206, 18. Verba *tabula .... senatores* falso adiecta sunt; nam ad *album praetoris* non pertinent neque albis litteris in tabula nigra sed nigris litteris in tabula alba scriptum est. Qui error etiam apud Theophilum antec. occurrit: *λεύκωμα διὰ τοῖς λευκοῖς γεγράφθαι γράμμασιν. albus* est forma vulgaris, cf. C. I. L. VIII 2403; Sidon. epist. 6, 8, 2. — II 14, 27 *album λευκον, λευκωμα*; it. II 360, 3. — II 15, 44 *album λευκωμα, διαταγμα.*

alfa. IV 14, 37 *alfa initium.* Fieri potest, ut haec glossa spectet ad Ital. apoc. 22, 13 „ego *A* et *Ω*, primus et novissimus, initium et finis".

annales. II 17, 28 *annales ενιαυσιαιοι καταλογοι.* — IV 206, 47 *annales libri qui totius anni ordinem continent* (a b c); it. IV 309, 27. — IV 17, 10 *annales annorum capitulares.* Apud Greg. Tur. (9, 30) extat *capitulares* pro *capitularia.* — V 166, 18 *annales ann⟨u⟩os aut libri annua acta continentes.* — V 166, 19 *annales antiqui libri singulorum annorum historiam continentes.* — IV 429, 41 *annales lavor⟨um⟩ libri annorum gesta continentes* = Verg. Aen. I, 373 G.

antibiblium. IV 406, 2 *antibiblium pignus librorum, codex pro codice;* it. V 591, 13. — V 590, 18 *antibiblium pignus codicis, librorum.* — III 510, 15 *antebiblium pignus codicis;* it. IV 16, 45. 309, 39 cet. — V 265, 58 *antebiblium pignum codic[i]um.* — V 583, 2 *antebiblium pignus librorum.*

— V 167, 3 *antibiblium codex datus pignus pro codice;* cf. Du Cange s. v. *ἀντίβιβλος*.

argumentum. II 466, 20 *υποθεσις hoc argumentum, causa, materia;* it. II 528, 33. — II 19, 20 *argumentum υποθεσις, παραδειγμα.* — II 19, 25 *argumentum ελεγχος, σημιον, υποθεσις.* — II 19, 16 *argumentum τεκμηριον, μεθοδος, ητοι περιοχη ραψῳδιας.* — II 502, 47 *argumentum περιοχη, υποθεσις.* — II 403, 47 *περιοχη βιβλιου ⟨perioc⟩ha, hoc argument⟨um⟩.*

armarium. II 25, 28 *armarium πυργισκος*; it. II 426, 24 cet. — II 426, 23 *πυργισκαριον turricula, armarium*; cf. II 568, 2. — III 115, 1 = 643, 25 *το αρμαριον armarium.* — V 268, 29 *armaria arca maiora* (= arcae maiores? Birt; arcula? G).

assigno. II 311, 29 *επισφραγιζω assigno.* — II 396, 15 *παρασημειουμαι adsigno.*

Atellanus. V 441, 49 *Atellanus mimus theatralis;* it. V 562, 3. — V 492, 11 *Atellanus mim⟨us⟩ theatralis, iussus.* Ultimae voci *mimus* subesse videtur, quae vox priore loco truncata est; praeterea de *istrio* (Birt) vel *istricus* cogitari potest. — V 342, 11 *Atellanus vel mimus histrio.* — V 269, 5 *Atellanus cantor e Campania, Atella enim civitas est in Campania.* — V 616, 5 *Atellani sunt ioculatores.* — II 22, 40 *Atellani σκηνικοι, αρχαιολογοι, βιολογοι ως δε οβοιδιος ομηριστην δητοι νυχοροι* (cod. h *ο Λοιβιος*; cod. g *Οβιδιος*; cod. h *ομηρισται δε τοι συν χοροις*). Qua de glossa desperata cf. Heraeus l. l. p. 14.

***auctor.** III 381, 73 *autoris του ποιητου* (ex capite *de ludo litterario*). — II 26, 5 *auctor μαρτυς, συγγραφευς, υπηρετης, αυθεντης, αρχηγος*; sim. saepe. — IV 23, 3 *auctor conscriptor, factor, adinventor.*

authenticum. II 250, 47 *αυθεντικον auctoraticium, authenticum.* — IV 473, 9 *autenticum auctoritate plenum.* — V 342, 9 *autenticum auctorale*; it. V 410, 14; cf. can. conc. Carth.

praef. G. — V 416, 18 *authenticum auctoris* = Hieron. in Matth. 12, 13 G. — V 270, 6 *authenticum auctoritas.* — V 342, 39 *authentica vetusta* (cod. Epin.).

axamenta. II 26, 22 *axamenta στιχοι επι ϑυσιων Ηϱακλεους*; cf. II 17, 2 *anaxant ονομαζουσιν*; cf. Fest. Paul. 8 G. Salios Herculem Tibure veneratos esse comperimus ex Macrob. sat. 3, 12, 7 et Serv. Aen. 8, 285.

ballematia. V 586, 7 *vallematia sunt inhonestae cantiones et carmina et ioca turpia*; it. V 612, 57; cf. Isid. orig. 3, 22, 11; conc. Tolet. 3, 23 G; C. I. L. VI 2265 „ballatores Cybelae".

bibli. IV 601, 2 *bibli libri*; lib. gloss. *biblium codicem, librum.*

bibliographus. III 490, 57 *bibliographus librorum scriptor*; it. III 511, 23. — III 511, 49 *bibliografus scripturis* (scriptorius? G). — III 307, 22 *βιβλιογϱαφος scripturis* (scriptorius? scripturarius? G). Legendum esse *scripturarius* veri simile est, praesertim cum extet glossa inter nomina in *-arius* cadentia (*scripturarius* > *scripturaris* > *scripturis*); cf. II 592, 39 *scripturarius scriba.*

bibliopola (cf. **librarius**). III 511, 53 *bibliopola qui codices vendit*; it. IV 25, 29. 211, 30 cet. — IV 313, 51 *bibliopola qui codices venundat* (d); it. IV 592, 6. — V 403, 3 *bibliopola qui biblos vendit.* — III 511, 8 *bibliopolus librarius.* — IV 601, 4 *bibliopalas librarius.* — V 172, 24 *bibliopolus antea nominatos quos nunc librarius dicimus, librum enim greci biblum vocant.* Forma *bibliopolus* ex *bibliopolas* orta videtur esse, cum hae glossae spectent ad Isid. orig. 6, 14, 1 „librarios ante bibliopolas dictos; librum enim Graeci *βίβλον* vocant".

bibliotheca. II 257, 36 *βιβλιοϑηκη bibliotheca.* — V 412, 34 *biblioteca reconditorium librorum;* cf. reg. Bened. 48, 28 G. — IV 25, 26 *bibliotheca lybrorum repositio;* it. IV 601, 3. V 402, 59 = Isid. orig. 18, 9, 3 G. — III 511, 9 *biblioteca librorum reconditio.* — IV 313, 52 *bibliotheca*

ubi libri ⟨re⟩conduntur; it. IV 211, 29. 592, 7; cf. Isid. orig. 6, 3, 1 G. — IV 488, 35 *bibliotica libro⟨rum⟩ positio vel ubi libri reconduntur;* cf. Isid. orig. 18, 9, 18. 15, 5, 5 G. — IV 586, 2 *bibliotheca ubi omnes codices vel libri reconduntur.* — V 271, 20 *bypliotheca ubi libri custodiuntur.* — IV 595, 26 *bybliotheca ubi omnium auctorum scripta rediguntur;* it. IV 407, 14.

bibliothecarius. IV 484, 37 *bibliotecarius qui codices servat.* — IV 313, 53 *bibliothecarius* (a b c d e) *qui codices secat;* it. IV 592, 8. V 348, 48. 403, 5. 593, 8. — IV 25, 28 *bibliothecarius qui codices resecat;* it. IV 211, 39. 568, 1. V 271, 23. Has duas glossas inde quod *bibliosecarius* pronuntiabant recte explicavit Birt, Abr. p. 365; de *th* = *s* cf. W. Schmitz, Beiträge zur lateinischen Sprach- und Literaturkunde, Lips. 1877, p. 109. — V 172, 25 *bibliotecarius qui codices recensat* (*recenset* m. 3).

bibula (cf. **papyrum**). V 172, 26 *bibola papirus dicta eo quod humorem bibat. Lucanus: conficitur bibola memfidis carta papiro;* cf. Isid. orig. 6, 10, 1 G. — III 511, 56 *bibola papirum;* it. IV 601, 5.

breviarium. II 312, 16 *επιτομη hoc breviarium;* it. II 502, 58. III 440, 39. 478, 42.

breviarius, brevio. II 270, 21 *δια βραχεων διηγουμενος brebiarius.* — II 312, 17 *επιτομος breviarius.* — V 358, 54 *ephytomos breviata.* — II 260, 6 *βραχυνω brevio.*

brevigerulus. V 592, 40 *brevigerulus qui breve* (= epistulam G) *gerit;* cf. Sid. epist. 4, 5, 1 „apicum meorum gerulus"; C. Gl. L. V 241, 29 *rumigerulus portitor rumoris.*

brevis. II 408, 23 *πιττακιον pittacium, brevis.*

bulla. V 616, 31 *bulla est sigillum, hinc bullo, -as i. e. sigillo, -as.* — V 347, 17 *bulla sigil* (anglos.). — V 404, 3 *bulla sigl* (anglos.). Ante saec. V./VI. *bulla* pro *sigillo* extare non videtur, cf. papyr. Mar. 2.

calabri. V 626, 32 *calabri versus obsceni;* it. V 595, 61. — IV 30, 1 *calabrum genus versuum malorum quasi colobon vel iocularium.* Ubi *colobon* et *calabri* miro modo confunduntur; cf. Nettleship, Journ. of Phil. XIX 117 G; *colobon* spectare ad lemma *catalectum* quod interierit, putat Birt. — V 275, 5 *calabri obsceni foetore;* cf. Sonny, Arch. XII 125.

cantator. III 441, 5 *cantator τραγῳδος.* — III 504, 70 *tragodice* (= tragodite, *τραγῳδηταί* G) *cantores.* — III 371, 77 *cantatores τραγῳδητοι* (= *-ται*). Scriptores aetatis posterioris *τραγῳδητής* voce pro quolibet cantore utuntur, cf. Du Cange s. v.

capitularius. II 97, 20 *capitulariis τοις αστραγαλισκοις του χαρτου.* Ad hanc glossam Th. l. l. annotat „partes prominentes chartae"; aliter Chr. G. Schwarz l. l. p. 39 „*vineolas* aut *viticulas,* et Gallice *vignettes,* Graece *ἀστραγάλους τοῦ χάρτου,* eiusmodi ductus appellari deprehendo; fortasse, quia vites fruticesque quasi depictos repraesentarunt". Birt autem proponit: *capitulariis τοῖς στρατολόγοις τοῦ στρατοῦ;* cf. Th. l. l. s. v. *capitularius.*

capitulare. II 348, 31 *κεφαλαιον, γραφιον capitulare;* cf. Novell. Just. app. 8, 3, 1 (a. 548) „hoc . . . administrationis capitulare (*ἀρχῆς κεφάλαιον*)".

***capitulum.** III 352, 26 *capitulum κεφαλαιον;* it. III 497, 19. — II 348, 29 *κεφαλαιον capitulum, haec summa.*

caput. II 97, 32 *caput κεφαλαιον, κεφαλη.* — III 336, 61 *κεφαλαιον caput;* it. III 528, 8 cet.

***carmen.** III 376, 23 *carmen επος;* it. II 97, 40. 313, 27. III 468, 3 cet. — II 501, 66 *carmen υμνος;* it. II 543, 38. — II 547, 3 *carmen ῳδη.* — IV 407, 26 *carmen cantus.* — IV 28, 48 *carmen laus.* — IV 214, 22 *carmen canticum.* — IV 316, 42 *carmen quod poeta conponit;* it. IV praef. p. XLII. — V 444, 45 *carmen et post* (= epos G),

cantus, poema quod poeta composuit. — II 97, 49 *carmina επη, μελη.* — IV 103, 3 *karmina dicta;* it. IV 103, 22. 531, 40. — IV 316, 44 *carmina responsa.* — IV 31, 23 *carmina cantilena vel musica.* — IV 28, 47 *carminae litterae* (Buecheler conic. *Camenae*).

celeuma. IV 33, 47 *celeuma canticum nautarum.*

chirographum. II 573, 7 *cirografum manuscriptum eo quod propria manu sit* (*fit* a). — V 350, 13 *cyrograffum manuscriptio.* — IV 318, 15 *cyrographum propria scriptura;* it. IV praef. XLIII. — IV 216, 46 *chirografum cautio propria manu[s] scripta.* — IV 34, 56 *cirografum* (b) *cautio;* cf. Isid. orig. 5, 24, 22 G. — II 266, 25 *δανειον chirografum.*

cautio. II 571, 41 *cautio cirographum;* it. III 491, 19. — II 264, 50 *γραμματειον chirografum, cautio, instrumentum, nomen;* cf. Edict. imp. Constant. de debit. 35 „cautionibus: *γραμματείων*". — cod. Epin. post V 352, 40 *cautionem scriptionem.* — IV 433, 29 *cautiones syngrafa;* cf. Ital. Is. 58, 6 „omnem cautionem: *πᾶσαν συγγραφήν*".

cautum. II 98, 48 *cautum ασφαλες, χειρογραφον.* — IV 28, 19 *catum scriptum;* it. IV 491, 7. V 352, 40; cf. II 98, 51 *cavisti ησφαλισω, εχιρογραφησας.*

chronicon. V 352, 19 *cronicon temporale;* cf. Hieron. vir. ill. 135 „scripsi . . . chronicon omnimodae historiae". — — V 350, 6 *cronica temporum series;* cf. Isid. orig. 5, 28 G.

chronographum. V 352, 12 *cronografum* (cod. Epin.) *tempora vel scripturis* (= scriptura). — V 352, 25 *cristonograffum seriem;* it. V 354, 58; cf. Hieron. de vir. ill. 52 G.

Cleanthas. V 521, 24 *Cleanthas armarium seu bibliotheca.* Spectat haec glossa ad Iuv. II 7 G.

codex. II 257, 37 *βιβλιον hic libellus, liber, codex.* — II 279, 16 *διφθερα, το βιβλιον membranum, codex.* — II 510, 1 *codex biblos.*

codicillus. II 407, 62 *πινακις βασιλικη codicillus.* — III 387, 47 *codicillos κοδικιλλους.* — III 32, 33 *κωδικιλλους codicillos;* cf. Schuchardt l. l. II 52.

comicus. V 416, 26 *comicus cantator vel artifex secularium canticorum* = Hieron. in Matth. 7, 18/20 G. — IV 320, 35 *commicus qui comediam scripsit.* — V 279, 15 *comicus qui comedia⟨m⟩ scribit.* — IV 37, 56 *comis* (*comicus* a b c d) *qui comedia⟨m⟩ scribit*; cod. a: *comicus qui comedit scribit,* ubi glossographus *t* litteram pro *a* posuit. Qua lectione adhibita solvitur difficultas, quam praebet haec glossa: IV 498, 32 *comicus qui comedet* (*comedit* c), nisi Loewe (Prodr. 326) recte suspicatur hoc loco *comicus, comoedus, comedus* vel *comedo* vocabula inter se esse commutata. Itaque iure videtur corrigere sic: *comedus qui comedit,* praesertim cum ipsa haec glossa pars sit ordinis ad comissandum et comedendum spectantis: IV 498, 30 sqq. *comisatur turpiter convivatur; comessationes luxuriosa convivia cum meretricibus; comicus qui comedit; comesurus manducaturus; commeatus victus, alimentum.* — V 566, 20 *concus subtilia vel qui[a] comedia⟨m⟩ scripsit.* — IV 320, 34 *commicum subtilem, compositum.* — V 446, 55 *comicum suptile vel compositum.* — V 446, 57 *comicus suptilis.* Quibus glossis corruptis vel contaminatis subesse videntur *comptus* vel *comis* vel *concinnus,* cf. IV 220, 26 *comptus compositus, ornatus;* IV 321, 8 *compositum subtile, commicum* (= concinnum?), *ornatum;* IV 320, 36 *comis hilaris, bonus, compositus, subtilis;* IV 321, 28 *concinnis* (= -us?) *subtilis;* IV 321, 30 *concinnat subtiliter componit;* it. V 521, 26.

commendaticiae litterae. II 105, 10 *commendaticiae litterae συνστατικα* (*-καί* Du Cange). — II 447, 45 *συνστατικη commendativa* (*-ticia* e); cf. Vulg. II. Corinth. 3, 1 „numquid egemus . . . commendaticiis epistulis = *συνστατικῶν ἐπιστολῶν*". — V 413, 62 *literis commendatitiis.*

commentarius, -um. III 327, 57 *υπομνημα commentarium.* — II 467, 5 *υπομνημα commentarium, actum, monumentum.* — II 106, 9 *commentarius υπομνημα;* it. III 33, 33. 388, 28. — IV 320, 44 *commentarium expositum, adinventum, tractatum;* sim. IV 304, 6. 221, 2. 339, 36. — II 467, 7 *υπομνηματιστης commentarius, commentator.* — V 495, 10 *commentarius sciolus, explanator.* Nusquam alibi *commentarius* pro *commentator* voce legitur, sed cf. *computarius* pro *computator* (Columb. ep. p. 157, 32).

commentator. IV 434, 41 *commentator expositor* (d e f g). — IV 221, 5 *commentator praecipuus disputator.* — IV 500, 14 *commentator praestantissimus, praecipuus disputator* (b); it. IV 38, 8. — V 425, 15 *commectarum tractatores;* cf. Cassian. inst. 5, 34, ubi extat „commentatorum" G. — IV 408, 16 *commentor* (*commentator* b c d e f) *expositor.*

commenticius. IV 320, 47 *commentitius liber;* it. IV 500, 15. V 279, 22 cet. — IV 43, 55 *commenticius liber conprehensus* (*conprehensus* om. c d).

commentum. II 104, 13 *commentum ενθυμημα, σοφισμα* (cf. Quint. 5, 10, 1). — II 105, 21 *commentum ενθυμημα.* — IV 434, 42 *commentum librorum expositio;* it. IV 221, 19. — V 13, 15 *commenta . . . interpretationes commentariorum ut commenta iuris, commenta Virgilii;* it. V 56, 14; cf. Isid. orig. 6, 8, 5 G. — IV 220, 29 *commentum argumentum, similitudo.*

***comoedia.** III 375, 69 *comoedia κωμῳδια.* — IV 408, 19 *comedia storia* (*historia* e) *comediae.* — IV 220, 35 *comedia historia comedi* (a b d) (= comoedi? vel comoediae?) *graece.* — V 596, 20 *comodia hostiaria* (= historia). — V 181, 5 *comedia historia,* [*tragoedia*]. De *historia* vocis significatione cf. Reitzenstein, Das Märchen von Amor und Psyche bei Apuleius, Lips. 1912, p. 51, 3; C. Gl. L. IV 244, 34 *historia fabula.* — V 181, 6 *comedie cantica agrestica grece;* cf. schol. Ter. p. 163, 12 „comoedia villanus cantus".

— IV 221, 27 *comedia significatio morum singolorum, cum detractus quis fit in circo* (*finis in circo* a b); ubi *detractus* = *detractio*, cf. II 274, 38 *διασυρμος cabillatio, detractio, obtrectatio.* — V 56, 11 *comoedia est que res privatorum e[s]t humilium personarum comprehendit non tam alto ut tragoedia stilo, sed mediocri et dulci.* — V 181, 7 *comoedia est quae privatorum hominum continet acta. comoediam autem invenisse Thaliam, unam ex Musis, poetae finxerunt. dicta autem comoedia sive a loco, quia circum pagos agebatur, quos Graeci κωμας vocant, sive a comessatione. solebant enim post cibum homines ad eos audiendos venire. sed prior ac vetus comoedia ridicularis exstitit, postea civiles vel privatas adgressa[s] materias in dictis atque gestu universorum delicta corripiens in scenam proferebat, nec vetaba⟨n⟩tur poetae pessimum quemque discrimine* (= *describere* ex Isid. orig. 8, 7, 6 G) *vel cui⟨us⟩libet peccata moresque reprehendere. auctor eius ⟨Sus⟩arion* (suppl. Usener) *traditur, sed in fabulas primi eam contulerunt Magnes . . ., ita ut non excederent in singulis versus tricenos. postea autem omissa maledicendi libertate privatorum hominum vitam cum hilaritate imitabant ammonentes, quid adpetendum quidve cavendum esset. Romae tragoedias comoediasque primus egit idemque etiam composuit Livius Andronicus duplici toga involutus. apud Romanos quoque Plautus comoediae choros exemplo Graecorum inseruit;* cf. Isid. orig. 8, 7, 6 sqq.; H. Usener, Mus. Rhen. vol. XXVIII 418; Sabbadini, Stud. Ital. II 40 G.

comoedus. II 357, 43 *κωμῳδος comoedus;* it. III 172, 50. 240, 8 cet. — V 566, 5 *comedi sunt qui vanorum hominum acta et amores meretricum cantabant;* cf. Isid. orig. 18, 46 G. — V 181, 8 *comedis inde nomen est castellis et cantilena⟨e⟩;* cf. II 357, 36 *κωμη castellum.*

conamen. V 182, 16 *conamina librorum incipientia.*

confero. II 108, 17 *confero συνκρινω, συνεισφερω, αντιβαλλω βιβλια και αντα⟨να⟩γινωσκω.* — II 229, 11 *αντιβαλε comfer;* cf. Hesych. ἀντιβάλλει διορϑοῖ.

consigno (cf. designo). II 344, 22 *κατασφραγιζω obsigno, designo, consigno.* — II 447, 59 *συνσφραγιζω consigno*; it. II 112, 41.

constitutio, constitutum. II 113, 24 *constitutiones αντιγραφαι.* — III 443, 56 *constitutio διαταξις, διατυπωσις*; sim. saepe. — II 448, 2 *συνταγμα επι βιβλιον constitutum.* — II 448, 3 *συνταξις επι βιβλιον series, constitutum.*

***corrigia.** III 377, 58 *corrigiae ιμαντες*; it. III 71, 37. Hoc loco singulae discipuli tabellae corrigiis esse coniunctae videntur.

cycnus. IV 218, 55 *cicni poetae dicti a suavitate canticorum*; sim. V 494, 37. — IV 35, 23 *cigni poetae*; it. IV 495, 45. V 178, 9. 516, 27; cf. Ritschl, op. II 478. 516 G; Serv. ecl. 9, 27 „cantantes cycni i. e. poetae"; schol. Hor. carm. 4, 2, 25 „Dirceum cignum dixit a suavitate vocis sive carminis"; ibid. „cycnum autem eundem appellat a suavitate carminum".

data die. gloss. Werth. Gallée 337: *data die id est missae sunt* (cod. *misserunt*) *epistolae eo die, quando paratae fiunt.* Quomodo haec glossa explicanda sit difficile est dictu. Fortasse glossographus *d. a. d.* litteras singulares male intellexit; cf. Cic. ad fam. 14, 2 „d. a. d. III Non. Oct."; mirum enim est, quod dies illo loco modo femininum, modo masculinum est. An pro *data die* scribendum est *datae die . . . id est* eqs.? cf. Cic. ad Att. 6, 1, 22 „litterarum datarum dies pr. kal. Januarias"; ad Qu. fr. 3, 1, 8 „datis iam epistulis diem commutare"; conc. Lugd. (a. 583) p. 154, 15 „dies datarum" sc. epistularum. Praeterea *die* priore loco deleri et pro *data* scribi potest *datae.*

***deleo.** III 377, 60 *deleo λειαινω*; it. III 71, 31 cet. — II 301, 43 *εξαλειφω oblittero, deleo.* — II 41, 51 *delet λιαινει, απαλιφει.* — II 41, 50 *delere επαλειψαι* (= *ἀπαλεῖψαι*); sim. II 232, 46. — IV 34, 17 *circumscripta deleta*; it. IV 495, 28.

V 276, 66. — cf. II 225, 55 *ανεξαλειπτος indelebilis, indeletus.*

deletile. V 640, 19 *deletile quod deleat;* cf. Non. p. 96, 11 G; Varro Men. „spongiam deletilem“.

delico. V 16, 11 *deligavere deferre quod et dedicare dicebant pro commercio litterarum;* it. V 61, 6. Hanc glossam ex Festo fluxisse verisimile est, ubi p. 70, 1 legitur „delicata . . . quae nunc dedicata, dedicare autem proprie est dicendo deferre.“

depungo? II 344, 7 *καταστιζω depungo;* cf. II 344, 9 *καταστικτος destinctus* (= distinctus?). Haud scio an *dispungo* scribendum sit; cf. Tert. Marc. II 7, ubi cod. R *dispunxisset,* codd. M R[1] *depinxisset,* cod. R[3] *depunxisset.*

descriptio. II 341, 59 *καταλογος descriptio, catalogus;* cf. Fest. p. 87 „fastorum libri appellantur, in quibus totius anni fit descriptio“.

designo. II 241, 14 *αποσφραγιζω absigno, designo, resigno* (*designo = dissigno?* cf. Hugucio „dissigillare diversis modis sigillare vel sigillum removere“). — II 344, 22 *κατασφραγιζω obsigno, designo, consigno.* Propter *κατά* praepositionem *designo* iniunctum videtur.

deverbium. II 576, 20 *deverbium canticum quod ante mortuum canitur* (b om. *canticum,* b add. *dum portatur*); cf. Diefenbach „devernuum, deverbium delos (= *θρῆνος*?), klag, klag- oder laydgesanck, dodensanck“. Ceteris omnibus locis, ubi legitur *deverbium,* vocabulum idem significat atque *diverbium.* Itaque aut temporibus posterioribus *deverbium* fictum aut ipsum *di-* vel *deverbium* pro *naenia* usurpatum est.

dialogus. IV 53, 48 *dialogus disputatio;* it. IV 228, 17. 506, 18; cf. gr. lat. VII 270, 16 „dialogos graece disputatio latine“. — gloss. Werth. Gallée 338 *dialogus graece dualis dictio et dialectica unum est.* Ad *dualis dictio* cf. gr. lat. suppl. 226, 14 „diphthongum i. dualem sonum, *di* duo,

phthongus sonus dicitur". — III 492, 47 *dialogus duorum disputatio.* — III 515, 23 *dialocus duorum disputatio vel conlocatio sermonum.* Heraeus *conlatio* scribit; cf. Aug. bapt. 2, 4, 5 „disputationibus et collationibus episcoporum"; Sedul. epist. 1 p. 11, 6 „collationibus assiduae disputationis", ubi extat *collatio* cum genitivo ut hoc loco. — V 286, 28 *dialogus liber disputationum vel narratio reciproca vel interlocutiones propter narrationem.* — V 407, 73 *dialogus liber disputationis.* — IV 330, 32 *dialus liber;* it. V 450, 22. V 496, 48 (*dialus* = dialogus? cf. IV 197, 8 *xenodium* = xenodocium). Quae glossae cohaerere videntur cum verbis Isidori orig. 6, 8, 2 „. . . tomi vero id est libri maiores sunt disputationes. dialogus est collatio duorum vel plurimorum, quem Latini sermonem dicunt". Glossographus autem verba non recte coniunxit vel intellexit. — IV 409, 33 *dialogus capitoli dictio delectabilis.*

diarium. IV 228, 24 *diaria actio sed unius diei* (*sed* om. a b d); cf. Isid. orig. 1, 43, 1 G.

digestum. II 272, 27 *διαλογος hoc digestum, disputio* (= *disputatio* a). — II 500, 9 *digestum διαλογος.* — V 407, 35 *digessit disputavit;* sim. IV 55, 2; cf. Cassian. inst. praef. p. 5 „verum etiam Graeca lingua digestos (sc. libros) in latinum vertit eloquium".

diptycha. V 597, 5 *diptycha tabellae quas ferimus.* — V 618, 46 *diptice* (= -a) *sunt tabulae.* — III 492, 50 *diptica due tabule*; it. III 515, 27.

Dossennus. V 597, 11 *dorsennus persona parasitorum*; it. V 408, 50, ubi *dissinus*, et V 633, 59, ubi *dossenus* scriptum est. — V 191, 16 *dossennus genus parasitorum*; cf. schol. Hor. epist. II 1, 173 „Dossennus persona comica; parasiti vocantur qui quaestu gulae dominis favent" eqs.

dramatis mutatio? V 356, 69 *dramatio motatio* (*ta* superscr.) *personarum vel introductio.* — V 409, 41 *dramatis motatio*

personarum vel introductio. Goetz a proxima glossa profectus proponit: *dramatis mutatio ⟨mutatio⟩ personarum* eqs., quod mihi verisimile non videtur suspicanti non *motatio* vocem sed *dramatio* vel *dramatis* mutandam esse in *dramaticon* (sc. genus poematum); cf. gr. lat. I 482, 17 „draticon est vel activum (sc. genus), in quo personae agunt solae sine ullius poetae interlocutione"; ibid. VII 259, 18 „dramaticon est vel activum, in quo personae loquentes introducuntur sine poetae interlocutione".

ecloga. V 192, 23 *egloga quasi in⟨t⟩erlocutio dra⟨gi⟩matico caractere inducitur.* — Huc refero II 578, 49 *eulogium duorum locutio*; cf. IV 513, 35 *egoglam eulegium* (*eulogium* a b c). — V 598, 43 *ecloga pars carminis*; it. IV 410, 13. — V 453, 1 *egloga par⟨s⟩ carminis que* (= quam?) *definit auctor seu scriptor.* — IV 348, 12 *haec edota (eclota* b d e) *et haec egloge* (*eglogae* a b d e) *cantionis* (*cantiones* a b c d e) *in carminibus.* Corrigendum esse: *haec ecloca et haec egloge cantiones* eqs. itemque scribendam esse glossam proximam censet Birt. — V 299, 47 *haec egloge et exglota⟨e⟩ cantiones in carminibus.* — III 520, 20 *eglogam eologiam.* — IV 61, 1 *egoglam eulogia* (c *eglogam*, a *eulogiam*, c *elogium*). — V 453, 2 *egoglam eulogia⟨m⟩* (a). Interpretamenta nihil aliud esse nisi aliam formam vel scripturam *eglogae* vocis intellegitur ex his glossis: V 453, 8 *elogia pars carminis;* it. V 540, 33. 231, 32. Formam *egloga* meliorem esse quam *ecloga* docet Schuchardt l. l. I 124; occurrit enim saepissime: C. I. L. III 4980; IV 1752 „eglogeni" (qua de forma cf. Heraeus, Arch. XIII 152 sq.), in scholiis Horatianis, in Vergili codicibus; cf. Thilo ad Bucol. III 1 et Crönert, Mem. Gr. Hercul. p. 55. Praeterea de vocis orthographia cf. Birt, Rh. M. 52 suppl. 67; 116 sq.; 120; Schuchardt l. l. I 124; II 324 sqq.; 499; 501.

edictum. V 498, 48 *edictum iudicis vel carmen famosum.* Glossae lemma intercidisse mihi persuasum est; nam et

ordo litterarum: *epi*-turbatur neque ullo loco *edictum* significat *carmen famosum*. Itaque scripserim: ⟨*epigramma*⟩ *edictum iudicis vel carmen famosum* secutus has glossas: V 453, 38 *epigramma edictum iudicis seu carmen famosum*. — V 504, 4 *in epigrammate in famoso carmine*. — IV 410, 35 *ephi gramma*[*te*] *edictum iudicantis*; cf. s. v. **epigramma**.

editio. II 58, 52 *editio εκδοσις*. — II 289, 37 *εκδοσις editio, locutio*. — II 577, 51 *editio interpretatio*; it. V 344, 35. — IV 513, 15 *editio expositio, probatio*; it. V 551, 39. — V 418, 33 *editionis publicationis, propositurae*; it. V 427, 3; cf. Euseb. eccl. hist. IV 15 G. — V 357, 24 *editiones duplicationes* (= publicationes G). — IV 59, 37 *edicta* (= edita?) *publicata*.

edo. II 289, 25 *εκδιδομαι edo, dedo*. — II 58, 47 *edidit επεδωκεν* (= *εξεδωκεν*), *εγεννησεν*. — IV 59, 30 *edidit peperit aut scripsit*. — IV 513, 14 *edidit peperit vel scripsit aut publicavit*; cf. glossam ad Prud. c. Symm. praef. I 61 „edidit scripsit". — V 357, 55 *edat proferat*. — II 289, 40 *εκδοτος editus*.

elogium. II 59, 47 *elogium αποκρισις η δια λογων και προοιμιον και ανακεφαλαιωσις*. — III 480, 31 *elogium κεφαλαιον*. — III 447, 4 *elogium το διαταγμα*. — IV 513, 55 *elogium proverbium*. — IV 61, 31 *elogiis carminibus vel criminibus malis*. — V 453, 7 *elogium titulus cuiuslibet rei vel scriptum seu eloquium*. — V 288, 68 *elogium fama bona vel eloquium et testamentum dicitur cuiuslibet*. — V 19, 11 *elogium, elogia laudes electae ut puta si quis in basi statuae alicuius laudes scribat aut in titulo imaginis elogia dicuntur*. — V 192, 34 *elogium textus gestorum malorum notarum quod dicunt* (= notoriam quod dicunt G). De *elogium* voce cf. Premerstein, R. E. V_2 p. 2440 sqq.

Ennius. V 498, 45 *Ennius nomen doctoris cui pavo per visionem in ore introivit et altera die surrexit grammaticus; fuit autem cultor idolorum*. Quamquam multis locis (cf.

Enn. ed. L. Müller Ann. I frgm. p. IX sqq. G) similia narrantur, tamen unde sumpta sit haec glossa vix dici potest; *cultor idolorum* etiam Numa vocatur in glossa ad Prud. c. Symm. II 47.

ephemeris. IV 410, 28 *ephemeris commemoratio actus cottidiani.* — V 192, 14 *ephemerides commemoratio actus cotidiani.* — V 192, 13 *effemerides libri, in quibus quotidiani actus scribi solebant;* it. IV 64, 18; cf. Suid. s. v. *τῶν ἀφ' ἑκάστης ἡμέρας συμπιπτόντων ἀπογραφή.* — II 95, 13 *calendarium εφημερις.* — IV 60, 18 *effemerides rationes*; it. IV 510, 48. V 497, 61. — V 551, 37 *efimerides rationes, tabula.* — III 493, 78 *ephemeris diei ratio.* — V 568, 31 *epimerides rationales tabulae, codices, libri, litterae.* — V 290, 25 *ephemer[c]is qua⟨m⟩ habent mathematici, unde colligunt singulum diem.* — V 656, 20 *ephemeris dicitur compotus matematici singulorum dierum, siderum vel stellarum cursus.* — V 584, 12 *ephemeris unius diei digestio sive computatio, computus videlicet mathematici singularum dierum vel siderum, de quo Iuvenalis satyrum secundo „illius occursus et iam vitare memento, in cuius manibus ceu pinguia sucina tritas cernis ephemeridas". Graeci enim diem HMHPAN dicunt; ephemeris etiam dicitur annalis computatio continens seriem totius anni descriptam.* Librarius hoc loco verba Isidori (orig. 1, 44, 1) et schol. Juven. VI 572 sqq. coniunxisse videtur: Isid. orig. 1, 44, 1 „ephemeris namque appellatur unius diei digestio"; schol. ad Iuv. VI 572 sqq. „membrana mathematicorum, ut actus diurnos" G. — V 290, 19 *ephemercis adbreviatio rerum.* — V 358, 61 *epimeri adbreviatio rerum.* — IV 64, 3 *epphemeris adbreviatio rerum id est brebe.* Interpretamentum huius glossae pertinere ad lemma *epitoma* putat Goetz afferens has glossas: IV 64, 17. 232, 26. 410, 31 *epitoma adbreviatio.* Haud scio an lemma mutari possit in *ἐπιμερισμός;* dicit enim Martianus Capella (rhet. lat. p. 491) „qua (i. e. anacephalaeosi) quidem utemur etiam

in alia parte orationis, cum iudicis memoria fortasse succumbet, quae res tum *ἐπιμερισμός* vocatur".

epicedion. V 359, 22 *epicedion carmen quod dicitur non adhuc sepulto corpore;* cf. Serv. ecl. V 14 G; Crusius, R. E. VI_1 p. 113.

epigramma. III 198, 36 *epigrammos* (= *-a*) *super portum* (= super postum? cf. cod. a *super positum*, vel superscriptum?) — III 277, 44 *επιγραμμα epigramma.* — IV 64, 2 *epigramma titulus;* it. IV 513, 20. V 194, 2. — V 290, 18 *epigramma titulum;* it. V 358, 60; cf. Isid. orig. 1, 38, 22 „epigramma est titulus, quod in Latinum superscriptio interpretatur; *ἐπί* enim super, *γράμμα* littera vel scriptio dicitur". De *titulum* neutr. gen. cf. Appel l. l. p. 106. — IV 232, 28 *epigramma a⟨d⟩breviatio* (contaminata? cf. epitoma). — V 65, 1 *epygramma adbreviata scriptura;* it. IV 336, 24 (cf. ann. ad IV 232, 28). — V 194, 3 *epygrammate epigramma es⟨t⟩ paucis versibus abta oratio super sepulchrum.* Haec glossa ad certum locum scriptoris alicuius spectare videtur, ut verba *epigramma .. sepulchrum* quasi scholion illius loci sint. Ad *abta* scripturam cf. V 5, 16 *abtissimae* et Schuchardt l. l. I p. 144 sqq. — V 65, 2 *epygramma epytaphion dicitur id est super sepulchrum versus.* — V 504, 4 *in epigrammate in famoso carmine.* — V 453, 38 *epigramma edictum iudicis seu coram* (= carmen) *famosum;* it. V 498, 48. — IV 410, 35 *ephi grammate edictum iudicantis.* Ablativus fortasse legitur propter *ἐπί* praepositionem, cf. Heraeus l. l. p. 23 ann. 2. De re cf. Bekker, Anecd. graec. I p. 254, 3 *ἐπιγραφεῖς: ἀρχή τίς ἐστιν ἡ τῶν ἐπιγραφέων, ἥ τις ἐν ταῖς δίκαις ἐπέγραφε τὰ ἐπιτίμια τοῖς ἁλισκομένοις.* Id quod scribunt *οἱ ἐπιγραφεῖς, ἐπίγραμμα* vel *edictum iudicis* est.

epilogus, epilogium. IV 232, 32 *epilogus extrema pars libri.* — II 578, 33 *epilogus recapitulatio brevis*; cf. II 589, 38 *peroratio haec vis* (= brevis G) *recapitulatio.* — II 147, 44 *peroratio epilogus.* — II 233, 30 *απαρτιζω λογον peroro.* —

II 309, 29 επιλογος *epilogus*, *elogium*, *haec peroratio*; cf. rhet. lat. 324, 21 „peroratio est quae Graece ἐπίλογος appellatur“. *e⟨pi⟩logium* pro *elogium* esse scribendum puto, cf. infra IV 336, 25. — IV 513, 23 *epilocus novissima pars controversiae* (b). — V 290, 21 *epilogus novissima pars contraversiae* (sic) *flebilis ad misericordiam iudic[i]um commovendum* (= -dam?); cf. rhet. lat. 370, 2. — IV 64, 8 *ephilogus novissima pars controversiae, qua⟨e⟩ praeces tantum ⟨h⟩abet.* — IV 336, 25 *epilogium novissima pars controversiae, qui* (= *quae* d e) *praeces tantum habet*; it. V 290, 20. Goetz annotat „forma *epilogium* suspecta, vix vetusta (epilogum?), quamquam *antelogium* bene dicitur“. — V 358, 6 *epilogi narratio* (?), cf. infra V 498, 52. — IV 64, 15 *ephilogus postremus* (truncata G). — IV 232, 30 *epilogon narrationes et ratione* (*rationes* d), ubi equidem scripserim: *epilogon narratio miserationis*, cf. quae annotavi de genetivo huiusmodi s. v. **hymnus**. — IV 410, 26 *epilogum narratio, miserationis* (= -es G). — V 498, 52 *epilo[n]gum miseratio, capitula* (= recapitulatio G). Hae tres glossae, cum accusativum praebeant, inter se cohaerere videntur. Num *narratio* vox recte tradita sit, mihi dubium videtur, nam *narratio* non epilogi sed totius orationis pars est; cf. Iul. Vict. (rhet. lat. 430, 28) „narratio non pars epilogorum sed orationis“, et Marius Victorinus enumerat (ibid. p. 194) has partes orationis: „exordium, narrationem, quaestiones, epilogos“. Contra partes epilogi vel epilogorum sunt hae: „ἀνακεφαλαίωσις i. e. recapitulatio vel enumeratio, δείνωσις i. e. indignatio, οἶκτος sive ἔλεος i. e. miseratio“ (Mar. Victor. p. 119, 31), vel „renovatio, commiseratio, exaggeratio“ (Sulp. Vict. p. 324, 21). Itaque haud scio an pro *narratio* voce *renovatio* vel *enumeratio* scribi possit.

epiphonema. II 312, 51 επιφωνημα *epifonema.* — II 578, 31 *epiphonima causa, contentio* (= clausa sententia? Birt).

epistolium. II 311, 19 *επιστολιον epistolium.* — II 578, 32 *epistolium epistula diminutivum.* Apud Catullum (68, 2 G) et Apuleium (apol. 6; 79) vox occurrit. — gloss. Werth. Gallée 338 *epistolia[s] id est litteras commonitorias.* Th. l. l. affert e fragmentis Hilarii (op. hist. frg. 2, 13) „et ne ignorantes eorum accipiant litteras communicatorias, id est epistolia". Qua de re et hoc loco *communicatorias* proposuerim, quamquam *commonitorias* bonum sensum habet; cf. Suid. s. v. *κομμονιτόριον ἐπιστολὴ προστακτική* eqs.

epistula. II 311, 18 *επιστολη epistula*; it. III 447, 12. — III 515, 66 *epistolen epistolam.* — III 480, 64 *epistula sic scriptum est in vet⟨eribus codicibus?⟩ επιστολη.* — gloss. Werth. Gallée 339 *epistola epi super stola scriptio a stilo dicta.* — V 661, 62 *epistulam ex⟨s⟩erere* (exarare? G). Verbum *exerere* mutari vix necesse est; cf. Isid. orig. 10, 81 „exerere enim proferre vel expedire." — V 661, 67 *exvadaticia epistula;* cf. Heraeus, Arch. XII 46. — IV 232, 35 *epistula scribula;* it. II 592, 49. V 610, 33. IV 286, 1. 567, 61 (Graevius coniecit *schedula*). — V 579, 33 *scripula epistula;* it. V 631, 32. 609, 68. Goetz aut *scripulum* vocem pro *scriptura* scriptam aut ortam esse ex hac glossa male intellecta censet: III 463, 30 *scripulum γραμμα* (it. III 472, 72. 476, 51) vel II 516, 46 *scripulus gramma* (de pondere dictum, cf. Mus. Rhen. vol. XX p. 67 G). Ego quidem fieri posse puto, ut exstiterit *scripula* (ex scriptula orta) vel *scribula* (ex scribtula, cf. Schuchardt l. l. I p. 144 sqq.) = epistula, quoniam semper in glossariis, ubi *epistula* interpretamentum est, *scripula* legitur, nunquam *scripulum* vel *scripulus.* Praeterea uno loco inveni voculam; dicit enim Caper (gr. lat. VII 106, 13) „scriptula dicendum, non scripula"; quid autem sit *scripula*, non dicit. Du Cange affert *scriptellum* et *scriptulum* pro *schedula.* — II 238, 56 *απολυτικη dimissoria.* Supplendum esse *epistula* mihi videtur; cf. Balsam. ad can. 2 conc. 6 „*ἀπολυτικαί* dimissoriae epistolae"; Wessely

(Wien. Stud. 24, 126) ex papyris affert: *προσδεχόμ⟨ε⟩θα διμισ⟨σ⟩ωρίαν.*

epistulor. V 290, 16 *epistularis exponis;* it. IV 513, 13. — V 568, 29 *epistularis disponis.* Ex analogia verbi *fabulari* ex *fabula* derivati verbum *epistulari* ex *epistula* formavit sermo volgaris; epistula autem et *exponentibus* et *disponentibus* scriptoribus inserviebat, cf. Engel, De antiquorum epicorum didacticorum historicorum prooemiis, Marburg 1910. Imprimis ipsum *prooemiari* in exemplum vocandum est.

epitaphium. II 311, 39 *επιτάφια (= ον?) epitafium, nenia, laudatio;* cf. gr. lat. I 33, 17 „neniae *ἐπιτάφια*"; 549, 11 „hae neniae *ἐπιτάφιοι.*" — IV 513, 21 *epitafium carmen mortuorum;* it. IV 64, 4. 232, 31. V 194, 4. — V 359, 21 *epithamium carmen quod dicitur sepulto corpore;* cf. Serv. ecl. V 14 G. — V 164, 7 *aepytaphius titulus mortuorum;* cf. Isid. orig. 1, 38, 20 G. — V 155, 24 *tafos sepulcrum graece, epitafium ergo dici potest, quidquid in memoriis scribitur;* it. V 247, 19.

epithalamium. IV 513, 22 *epitalamium carmen nuptiarum;* it. IV 64, 12. 232, 33. V 194, 5. — V 358, 51 *epithelamium carmen nubentium;* cf. Isid. orig. 1, 38, 18 G. — V 619, 4 *epitalamium est carmen nuptiale.* — V 359, 43 *epithelamium laus thalimi.* — IV 336, 27 *ephythalameum nuptialis laus;* cod. a exhibet *epithalamigium*, qua de scriptura cf. Schuchardt l. l. I 70. II 509; Birt, Rh. M. 52 suppl. p. 115—121.

epitoma. IV 410, 31 *epitoma adbreviatio;* it. IV 64, 17. 232, 26. — V 584, 13 *epitoma supercisio, quae de maiore corpore librorum carptim ac defloratim excerpitur, quae alio nomine brevis expositio ac succincta potest appellari, quo nomine solent grecorum auctores succintas ac defloratas ex aliis doctoribus expositiunculas appellare.* — V 358, 44 *epitomen breviarium;* cf. Hieron. vir. ill. 80 G. — V 358, 31 *epitomen memoria vel breviarium.* — V 357, 11 *epimone*

memoria. Aut *epitome* pro *epimone* aut *mora* pro *memoria* scribendum est; illud fortasse verisimilius est.

epitomarius, epitomatarius. IV 410, 32 *epitomarium* (= -*rius* f) *adbreviator;* it. IV 232, 27. — V 453, 39 *epit[h]omatarius adbreviator.* — Utraque forma bona videtur; haec enim a verbo *epitomare*, illa ab *epitoma* nomine tracta est; cf. *rogarius* (a *roga*) et *rogatarius* (a *rogare*).

exemplar, exemplum. II 230, 52 *αντιτυπον, το ισοτυπον exemplum, exe⟨m⟩plar, instar.* — II 64, 26 *exemplum αντιγραφον, αντιτυπον, υποδιγμα.* — II 64, 24 *exemplo παραδιγματι, αντιγραφῳ.* — II 229, 19 *αντιγραφον rescribtum, exemplum, exemplar.*

exodium, exodiarius. IV 71, 6 *exodium cantio in theatris ludicre* (= -a) *et scurrilis;* it. IV 514, 8 cet. — V 634, 15 *exodio* (= exodium) *cantio in theatris ludicra.* — V 358, 64 *exossum* (= exodium) *canticum in theatrum* (= theatro). — V 568, 38 *exodia intexta ridicula;* cf. Liv. VII 2 § 11 „iuventus . . . ridicula intexta versibus iactitare coepit, quae exodia postea appellata“ eqs. (Skutsch, R. E. s. v.). — IV 411, 10 *exodium exodiarius;* it. V 598, 51. Glossam revocandam esse ad Iuv. sat. III 175 recte annotat Goetz; ita enim orta est, ut glossographus *exodium* vocem e Iuvenalis, *exodiarius* e scholiastae verbis sumeret: Iuv. III 174 sq. „tandemque redit ad pulpita notum exodium“; schol. „exodiarius apud veteres in fine ludorum intrabat, qui ridiculus foret“ eqs. (verba Iuvenalis ipsa quoque in scholio extant, ut glossographus neglecto poeta scholio tantum uti potuerit). Itaque Loewio assentiri non possum, qui ex hac ipsa glossa profectus contendit (Gl. N. 84 ann. 1) synonyma esse voces *exodium* et *exodiarius*, id quod e nullo alio loco nisi e glossis his concludi potest. Quantum ego video *exodiarius* is tantum est, qui agit partes in exodio. Quibus absolutis ne sequentes quidem glossas, cum de hac glossa pendere mihi videantur,

magni momenti esse puto, quamquam ibi *ludus* vocem suppleri posse concedendum est. — IV 234, 46 *exordiarius* (*exodiarius* b) *ludus theathri.* — V 67, 11 *exodiarius in mimis est turpitudo delectabilis.* Du Cange affert e glossis Sangermanensibus *detestabilis* pro *delectabilis.* — V 454, 33 *exodianus* (= exodiarius) *turpitudo.* — V 499, 48 *exodatus turpis.* Heraeus scribit *exoletus* hanc glossam afferens: V 196, 29 *exoletus infamis, turpis.* — V 7, 6 *ad exod⟨i⟩um ad finem vel terminum;* cf. annot. Goetzii in ind. C. Gl. L.

explicit. III 166, 9 *epleroty* (ἐπληρώθη) *logos explicit sermo.* — III 405, 75 *explicit apertiste* (= ἀπήρτισται). — III 395, 63 sqq. *biblion liber; ret explicit; inceps quartus.* Quae verba sic emendanda sunt: *liber tertius explicit, incipit quartus* (Birt). Librarius glossas ex iis facere inepte conatus est. — V 20, 27 *explicit ad librum refertur, explicuit autem et explicavit ad hominem, ut si dicamus: „explicit liber", „explicuit homo opus suum";* it. V 67, 22. De forma *explicit* agitur suppl. gr. lat. p. 179, 18 „explicit nullo modo dici quit, nisi consuetudo patrona sit; auctoritas enim et ratio regulae deficit. Denique beatus Hieronymus in epistularum una suarum fatetur solere dici *explicuit liber* vel *explicuerunt capitula,* ideo quia ita profertur corrupte: reor id scriptorum vitio accidisse, ut dicatur *explicit* pro *explicat* vel *explicuit*". — IV 298, 36 *expliciunt hermeneumata;* cf. Keller, Lat. Volksetym. p. 147; Birt, Buchw. p. 18 sqq.; Abr. p. 272.

*extremalis. III 375, 67 *extremales* εξωστιρις (εξωστηρες Buecheler). — Eodem modo *extremalis* formatum est quo *novissimalis* (Mar. Victor. gr. lat. VI 74, 9); -στηρες autem, si Buechelerum sequimur, cohaerere dixeris cum ἵστημι; conferri enim possunt hi loci: Isid. orig. 15, 4, 5 „μόνος enim apud Graecos solus, στηριον statio"; 15, 6, 1 „στηριον statio"; Albin. (gr. lat. VII 305, 15) „magister maior in statione; nam isteron graece statio dicitur"; Soph. lex.

s. v. *στηρίζω*. Quae si recte habent, *extremales* significare putaverim notas, quae extra versus in margine paginarum scriptae sunt, qua de re agere videtur Isidorus (orig. 1, 21, 28) „fiunt et aliae notulae librorum pro agnoscendis his, quae per extremitates paginarum exponuntur, ut, ubi lector in liminare huiusmodi signum invenerit, ad textum recurrens eiusdem sermonis vel versiculi sciat esse expositionem, cuius similem superiacentem invenerit". Sed omnia haec vacillant, quia ἔξω non solet pati compositionem et quia ἐξωστήρ recepta vox fuit ab eo, quod est ὠθέω, derivata. Propterea Birtii coniectura: *extremales* (sc. notae) ἡ ἔξω στίξις habet, quod nobis persuadeat. Nam saepe in manuscriptis medii aevi distinguendi notae non iuxta ultimam versuum litteram, sed extra versus in ipso margine scriptae inveniuntur.

***fabula.** III 24, 44 *μυθος fabula*; it. III 199, 4. 351, 69 cet. — II 522, 36 *fabula mitharin* (= *μυθάριον*). — III 500, 31 *mathologia fabularum ratio*. — V 533, 68 *fabulę ineptie*. — III 447, 78 *fabellatio μυθολογια*; cf. Ital. Bar. 3, 23 „fabulatores = *μυθολόγοι*". — III 125, 26 *amithithos sine fabulis*. Hoc loco ἄμυθος non ἀμύθητος postulandum est. Itaque voces inter se permutatae aut sequiore aetate promiscue positae videntur esse ut ἀνάριθμος et ἀναρίθμητος. Qua de re in lexicis nihil annotatur. — II 75, 6 *fabula κωμωιδια*. — II 69, 45 *fabula δραμα, μυθος*; cf. Aug. civ. 6, 5 p. 252, 22 „a fabulis .... mythicon dictum est, quoniam *μῦθος* graece fabula dicitur". — II 280, 45 *δραμα επι ποιηματος haec fabula*. — II 496, 56 *fabula δραμα*; it. II 545, 37; cf. Donat. ad Ter. Ad. 7 p. 10, 10 Wessn. „ut apud Graecos *δρᾶμα*, sic apud Latinos generaliter fabula dicitur". Suet. frgm. p. 10, 3 Reiff. (= gr. lat. I 490, 21) „dramata autem dicuntur tragica ita ut comica *παρὰ τὸ δρᾶν* id est agere, latine fabulae appellantur sive fatibulae".

fastus. IV 237, 27 *fastus et fa[u]sti libri sunt ubi nomina consolum*; it. V 293, 56. V 568, 53. — IV 341, 34 *fastus et fasti libri ubi nomina consulum tu scribuntur* (= inscribuntur G). — V 552, 7 *fastus, fasti libri.* Vocabulum et secundae et quartae declinationis esse testatur Priscianus (gr. lat. II 256, 9 sqq.). — V 360, 5 *fastes* (= fastus?) *libri.* — IV 73, 50 *fastus consolatus* (*libri consolatus* b d). — IV 74, 45 *fastus libri consolator* (h. e. consulatus? G). — V 198, 35 *fasti libri quos consules habebant.* — V 568, 54 *fastorum libri sunt, in quibus reges et consules scribuntur*; cf. Isid. orig. 6, 8, 8 G. — V 419, 47 *fastibus libris*; it. V 428, 31; cf. Euseb. eccl. hist. 1, 5, ubi *fascibus* editur G; sed Lucan. X 187 extat *fastibus.* — V 199, 3 *fastis libellis ubi nomina consulum inscribuntur*; *Lucanus* (V 5 G): *nova nomina fastis*; cf. scholion ad hunc locum: „nova nomina fastis Kalendas Ianuarias dicit, cum consules novi procreantur“; Hor. carm. III 17, 4 schol. „per fastos autem consules vult accipi Lucanus: qui dat nova nomina fastis“; Prudent. perist. 10, 614 „Vix mille fastis implet hanc aetatulam“ et gloss. ad hunc locum: „fastis libris vel consulibus“.

Fescennina. IV 76, 1 *fescinina canticum nuptiale.* — IV 518, 49 *fessinina canticum nuptiale.* Antecedit glossa *fessi va⟨l⟩de fatigati*, unde scriptura *fessinina* esse orta videtur. — V 201, 1 *fiscennia carmina nuptiale* (cod. Vat. 1773 *nuptialia*); cf. Serv. in Aen. VII 695 G; Prud. c. Symm. I v. 260 sq. „. . . . . . mox editur inter Fescennina novo proles aliena marito“ et gloss. ad hunc locum: „fescennina nuptialia carmina dicta ab urbe Fescenna, sive quia fascinum pellunt. Item Fescenninus deus nuptiarum dicitur“. — Procedamus ad alias glossas, quae num huc referendae sint, non facile discerni potest: IV 237, 1 *fascenninas clausebiles vallationes* (*fescenninas* cod. b, *plausibiles vallationes* cod. a). — V 500, 2 *facenninas clausibiles vallationes.* — V 599, 45 *fascennina clausibilis vallatio circa castra.*

De-Vit: fasceamina, Warren p. 206, 35; Scaliger: fascinas. „De *fescenninis* (Verg. Aen. VII 695) vix cogitandum erit“ annotat Goetz. Sed eodem iure, quo de aliis vocibus, etiam de *fescenninis* cogitari potest. Ex lectionibus enim codd. a et b glossa restitui potest, quae bonum sensum praebet; neque est quod offendat: *fescenninas plausibiles vallationes.* Nam quod *vallationes* pro *ballationes* scriptum est, nihil habet offensionis, cum quam saepe *b* et *v* litterae ut in aliis manuscriptis ita in glossis inter se permutatae sint, satis notum sit. Praeterea extat *vallatio* forma in vita St. Eligii II 15, et in glossariis (V 586, 7. 612, 57) *vallematia* scriptura litterarum ordine quasi probata est. Quod pertinet ad lectionem *clausibiles* vel *plausibiles*, idem fere error librarii extare videtur Isid. orig. 6, 19, 6 „nam chorea ludicrum cantilenae vel saltationes classium sunt“. Lindsay annotat: „*classium* suspectum“; Otto pro *classium* affert lectionem *plausuum*; et in glossis, ubi eadem verba occurrunt (V 185, 28), legitur *clausium.* Itaque *clausibiles* lectionem in suspicionem voco et proposuerim *plausibiles,* quod exhibet cod. a; cf. V 575, 4 *plausibilia iocosa, scurrilia.* Et iocosas fuisse fescenninas inter omnes constat itemque ballationes vel vallationes non modo ex scriptorum locis (cf. Th. l. l. s. v.) sed etiam ex glossis colligitur: V 595, 42 *choreis ballationibus*; V 185, 28 *coreas ludicrum cantilene vel saltationes clausium sunt;* V 586, 7 *vallematia sunt inhonestae cantiones et carmina et ioca turpia.* Quod glossae V 599, 45 *circa castra* adiunctum est, non magni momenti est, cum in hoc glossario interpretamenta saepius esse amplificata videantur. Postquam glossa corrupta est, glossographus *vallationem* valli genus quoddam intellexit; cf. II 475, 29 *χαρακωμα septus, vallatus, vallatio;* II 596, 24 *vallatio palorum circumdatio urbis obsidione.* Neque tamen tacebo extare voces consimiles *fescennina* vocabulo, cf. Diefenbach l. l. „fastema (fascenia, fascennia, fascennina) i. clausibilis fallacia, ain

vogelschlag; Rigutini-Bulle (Italien.-Deutsch. Wörterbuch, Leipzig 1896) „fascinare Faschinen flechten; fascinata Bekleidung eines Walles mit Faschinen". De vocis orthographia cf. Birt, Arch. XV 156.

***folium** (cf. volumen). III 375, 66 *folium φυλλον*. Vocem pertinere ad rem librariam e contextu apparet: III 375, 65 sqq. *membrana σωματια*; *folium φυλλον*; *extremales εξωστιρις*; *volumen τευχος*. Quae significatio *φύλλον* vocis ante VII. p. Chr. n. saeculum extare non videtur; cf. Birt, Buchw. p. 193. 288. Sed alia quoque interpretamenta huic capiti, quod inscribitur *de institutione artis grammaticae*, insunt quae ad inferiorem aetatem spectant vel offendunt, e. g. III 375, 61 *oratio ευχη*; III 375, 77 *praepositio προβλημα*, ubi non *εὐχή* et *πρόβλημα*, sed *λόγος* et *πρόθεσις* artis grammaticae vocabula expectamus. Glossographus quidam interpretamenta commutasse videtur.

forulus. V 653, 15 *forulus id est armarium vel locus librorum*; cf. Iuv. III 219 G; schol. „armariam (sic) sive bibliothecam". — V 501, 34 *folori armaria vel loculi, in quibus libri collocantur*; cf. Birt, Buchr. p. 245; Diefenbach l. l. „forulus eyn sack do man bucher in treyt; forulus eyn schreybpret".

genethliacus. V 569, 36 *genethleaticus laus natalis.*

gestum. II 33, 39 *gesta πεπραγμενα, χειρισθεντα, υπομνηματα.* — III 481, 48 *gesta, avita υπομνηματα*; cf. V 413, 47 *habita dicta, constituta.* — III 450, 15 *habita υπομνηματα*; it. III 481, 59. — V 418, 62 *gesta scripta*; it. V 427, 33. — IV 604, 16 *gesta acta, scripta.* — III 481, 47 *gesta υπομνηματα*; it. III 449, 68. — II 33, 36 *gessi* (= *gestis* c g) *επι πραξεως υπομνηματων* (e). De huius vocis significatione cf. Wölfflin, Rh. M. 37, 89 sqq., qui inter alios locos hunc affert: Vulg. 1 Maccab. 13, 42 „in tabulis et gestis publicis".

gluten, glutinum. II 530, 35 *gluten colla*; it. III 148, 14. 273, 54. — II 530, 36 *glutum idem* (i. e. *colla*). — II 253, 19 *κολλα glutum, glutis.* — *glutis* a *glus* voce tractum, de qua dicit Caper gr. lat. VII 110, 3 „glutinum non glus", est forma vulgaris, ut illi nominativi, quos improbat Probus app. 21 „pecten non pectinis; 115 glis non gliris; 128 grus non gruis; 47 carcer non car⟨cere?⟩"; cf. annotationes Heraei. — III 612, 53 *gluten id est ixiricula*; sim. III 590, 28. 591, 20. 583, 21. Pro *ξυλόκολλα* (Diosc. III 87) illud *exiricula* vel *ixiricula* positum esse censet Stadler duce hac glossa: III 579, 36 *xirobalsamum i. lignum balsami.* Tamen Birtio facilius conici posse videtur: *ξηρόκολλα*, quod vocabulum saepius occurrit. De *i* vel *e* vocalis prosthesi cf. Schuchardt l. l. II 362 sq.; Sommer l. l. p. 9; de re inspicias Bluemner, Techn. u. Termin. I 361, 1. 319. 287; Birt, Buchw. 231 sqq. 244. 246; Abr. 267. — IV 605, 8 *glutinum coniunctionem* (a b).

glutinator. II 352, 23 *κολλητης glutinator*; it. passim. — III 148, 16 *collistis glutinator*; cf. Birt, Buchw. 242; Buchr. 6; Abr. 269.

glutinatorium. II 352, 22 *κολλητηριον glutinatorium*; cf. A. Funck, Arch. VIII 391.

glutinamentum. II 352, 20 *κολλημα glutinamentum*; cf. Birt, Buchw. p. 231 sqq. 432. — II 8, 47 *adplicatus κεκολλημενος.*

glutinatio. II 1449, 78 *glutinatio κολλημα.* De abstractis pro concretis in posteriore latinitate positis cf. E. Löfstedt, Komm. p. 111 sq.

hagiographa (cf. s. v. **scriptura**). IV 13, 13 *agiografa sancta scriptura* (*agiografia* c); it. IV 479, 52 cet. — V 340, 45 *agograffa sancta scriptura;* cf. Isid. orig. 6, 1, 7 „hagiographorum id est sancta scribentium"; Isid. app. Migne 83, 1313 „. . . inter agiographa . . . agio sancta, graphia scriptura".

heptaticum (sub *e* littera). V 413, 29 *eptaticum septem librorum vel septenarium;* cf. reg. Bened. 42, 8 „eptaticum" G; conferas quoque Hieron. epist. 107, 12 „heptateuchum", ubi plerique codices „eptaticum" exhibent. De re cf. Birt, Buchw. 117.

hexaemeron. IV 69, 21 *exaltemeron librum unum composuit.* — V 359, 51 *exameron VI dierum conputatio.* — V 421, 55 *in exameron sex dierum comput* (= computatio); cf. Euseb. eccl. hist. V 13 G; ego quidem afferam Hieron. de vir. ill. 61 „scripsit nonnullos commentarios . . . in ἑξαήμερον"; cf. ibid. 11. 48. 49. 116. Itaque ante *exaltemeron* in prima glossa *in* suppleverim; cf. V 430, 38 *in exametrum sex dierum conputat⟨io⟩.* Inspicias quaeso varias inscriptiones libri Ambrosiani (C. S. E. L. XXXII p. 3), e. g. „incipiunt libri exameron id est sex dierum", ubi *exaemeron* forma semel extat. — IV 94, 10 *in exaimeron sex dierum.*

hexapla. V 619, 19 *exapla est bibliotheca sex ordines habens, nam exa VI, quia Origenes VI ordinibus diversas interpretum editiones in una pagina constituit.* Qua de glossa cf. Birt, Abr. 382 et Wattenbach l. l. p. 113. — V 598, 65 *exapla exempla.* De-Vit *sescupla* proponit, *exampla exempla* Schuchardt l. l. I 214 G. Mihi autem conferenda videntur verba Rufini (eccl. hist. VI 16) „. . . propter huiusmodi compositionem exemplaria ipsa nominavit Ἑξαπλᾶ id est sextiplici ordine scripta", et Eucherii (instr. p. 161, 7) „hexapla sexsimplicia", ubi codd. „exapla sexiplicia".

historia. II 333, 34 *ιστορια istoria.* — IV 244, 34 *historia fabula*; cf. Tert. ad nat. I 10 extr. „saltare historias"; Lact. div. inst. 6, 20, 28 „tragicae historiae" = tragoediae; Lact. div. inst. epit. 58, 5. — IV 412, 27 *histor⟨ia⟩ compositim* (= compositum) *dictionibus* (*compositio* b d e f, *dictionis* b d e f, *conpsitum* c). — IV 349, 23 *historia rei praeteritate* = *rei praeteritae ⟨nar⟩ratio* (b d e). — IV 244, 43 *historia rei praeteritae memoriali* (= -e; *narratio rei gestae* d).

— V 208, 11 *historia est rerum praeteritarum praesentiumque narratio*; *historia[m] autem speciebus ceteris* (quae sunt secundum Isid. orig. 1, 44, 1 annales, diaria, kalendaria) *hoc praestat, quod ipsi ceteris* (= ceterae) *subiacent, ipsa nulli.* De *historia* iam egit Verrius Flaccus (Gell. 5, 18; Funaioli p. 513) „historiam ab annalibus quidam differre eo putant, quod, cum utrumque sit rerum gestarum narratio, ... Ac se quidem dubitare super ea re dicit . . . . . quod *ἱστορία* graece significat rerum cognitionem praesentium . . .; ita 'historias' quidem esse aiunt rerum gestarum vel expositionem vel demonstrationem vel quo alio nomine id dicendum est" eqs. Quo ex fonte hauserunt Isidorus (orig. 1, 41, 1 sqq.) „historia est narratio rei gestae" eqs. et glossographi, neque non Servius de Verrio Flacco pendere videtur (Aen. I 373). — De *historia* vocis usu cf. Dombart, Arch. III 230 sqq. et ind. Commodiani s. v.

historicus. IV 412, 28 *historicus qui historiam scribit;* sim. IV 349, 24. — IV 86, 39 *historicus pantomimus qui storias scribit;* it. IV 524, 40. V 300, 41. 208, 12. — V 109, 20 *historius pantomimus qui storia⟨s⟩ scribit;* cf. II 69, 1 *histrio παντομιμος.* — IV 87, 4 *historio storia⟨m⟩ motu[s] corporis adsigna⟨n⟩s.* Quamquam Dombartio l. l. concedendum est histriones, cum historias (= fabulas) saltarent, *historicos* quoque vocatos esse, tamen his locis suspicamur duas glossas esse contaminatas: *historicus qui historiam scribit* et *histrio* vel *historio pantomimus.* Considerandum enim est, quam similes sint voces: *historicus, histrionicus, histricus, historio* (cf. infra Isid. orig. 18, 48), *histrio*, et quam facile inter se commutari possint, intellegi potest ex hac glossarum serie: V 208, 11 sqq.: *historia est rerum praeteritarum* eqs.; *historicus pantomimus qui storia scribit; historiografi historiarum auctores; histridio historiam motu corporis significans; histriones iscenici; histriones praepositi meretricum;* cf. V 372, 12 *mimograffus histriorum scriptor*

(*histrionum* cod. Epin.), ubi nisi librarius lemma inepte convertit, fortasse *historiarum scriptor* legi potest. Praeterea cf. gloss. Rh. M. 16, 6 „. . . . tunc histrica dicitur, quod qui historias vel gesta aliqua exprimunt histriones“. Neque magis perspicua fit res verbis Isidori (orig. 18, 48): „dicti autem histriones sive quod ab Histria id genus sit adductum, sive quod perplexas historiis fabulas exprimerent, quasi historiones“. Redeo ad IV 86, 39, quae glossa si non contaminata est, *vel* intercidit, ut sic restituenda sit: *historicus pantomimus* ⟨*vel*⟩ *qui historias scribit.*

historiographus. IV 287, 34 *storiographus storiae conscriptur* (= *conscriptor* a b). — IV 569, 26 *storiografus storia*⟨*m*⟩ *conscribens;* it. V 631, 41. — V 208, 13 *historiografi historiarum auctores.* — IV 244, 37 *historiogrofus discriptur* (*descriptor* a b) *fabularum.* Item Victorinus *historiographos* vocat comicos et tragicos, poetas autem versidicos (rhet. lat. 202, 10) „tertium genus narrandi est, quod extra oratorem est. Hoc est, quod ait ‘remotum a civilibus causis’; est autem poetarum vel historiographorum, dat tamen cursim etiam in hanc narrationem praecepta. Haec, inquit, narratio remota a civilibus causis duo membra habet: nam aut propter negotia exponenda sumitur aut in personis exprimendis versatur, quod est comoediographorum vel tragoediographorum. Versidici vero in utroque versantur; nam Vergilius Aeneae et mores et facta describit“. cf. Diefenbach, Gl. Nov. „istoriogravus geticht schreiber“.

hodoeporicum. IV 131, 37 *odeporicum itinerarium viatorum* (= *viatorium* a c); it. IV 264, 20; sim. V 228, 36 cet. — V 574, 3 *odiporium laus cantilenae.* Scribendum esse *laus, cantilena* statueris observatis eis, quae disserui s. v. **hymnus** et **stilus** (laus = canticum, cf. IV 449, 30). Sed ita si scribitur, ad iter cantilenam pertinere indicatum non est; propterea legit Birt: odiporium genus cantilenae.

Forma *iterarium,* quae legitur V 352, 15. 358, 33, esse sermonis vulgaris videtur; cf. II 91, 19 *iterat οδοιπορει* et Du Cange s. v. *iterare*; duplici enim modo *iter* declinatur: *itiner, itineris* et *iter, iteris* (cf. Neue-Wagener I 290). Glossa autem fortasse spectat ad Hieron. de vir. ill. 80 „. . . et ὁδοιπορικόν de Africa usque Nicomediam", vel epist. 108, 8 „omitto Syriae Coeles et Phoenicis iter — neque enim odoeporicum eius disposui scribere".

holographia, holographum. V 301, 4 *holographia propria manu totum conscriptum testamentum;* cf. Isid. orig. 5, 24, 7 „holographum testamentum est manu auctoris totum conscriptum atque subscriptum; unde et nomen accepit: Graeci enim ὅλον totum, γραφήν litteram dicunt" G. — V 424, 33 *olografia totum scriptio.* Similiter atque apud Isidorum vox Graeca translata est: ὅλον totum, γραφή scriptio. — V 316, 13 *olgraphia manu propria manu* (= totum? vel omnia?). — IV 264, 40 *olografum totum praescriptum.* — V 606, 35 *olographa omnem rem propriam,* ubi Birt legit: *omnem rem propria m⟨anu⟩*; cf. V 301, 4.

index. II 294, 41 *ελεγχος indicium, index, haec probatio.* — II 80, 27 *index ελεγχος, μηνυτης.* — V 352, 52 *caenax* (= pinax) *vel index testis;* cf. Stowasser, Wien. Stud. 24, 209.

indiculum. V 305, 9 *indiculum parva epistula.* — *parva* falsum et ex *breve* vel *brevis* (= Liste, Verzeichnis) ortum esse suspicatur Birt, postea autem *epistula* adiunctum esse non ad *indiculum*, sed ad illud *breve* (*brevis*) explicandum. Sic igitur glossa Birtio videtur esse orta: 1. *indiculum brevis;* 2. *indiculum brevis, epistula;* 3. *indiculum parva epistula;* nisi forte genuina glossae forma fuerit haec: *breve* (*brevis*) *indiculum, epistula.*

indigitamenta. II 80, 47 *indigitamenta ιερατικα βιβλια;* cf. Fest. 114, 6 G; Serv. georg. I 21 „in indigitamentis id est in libris pontificalibus".

in georgicis. V 415, 59 *in georgicis ubi de cultura agri cecinit;* it. V 425, 21; cf. Isid. de nat. rer. X 1 G.

***instrumentum.** III 199, 6 *asfalismata* (a) *instrumenta;* it. III 212, 30. 228, 29 cet. — II 88, 28 *instrumentum εξαρτησις γραμματιου.* — II 264, 50 *γραμματειον chirografum, cautio, instrumentum, nomen.* — III 452, 43 *instrumentum γραμματειον;* it. III 483, 4. — II 88, 27 *instrumenta γραμματια, ασφαλισματα.* — II 530, 45 *instrumentum διδαχη.* — V 413, 48 *instrumenta peritiae utensilia vel materiae.*

laterculus. V 368, 24 *laterculus codex membranaticus illic sunt nomina promotorum;* it. V 306, 34, cui glossae falso adscriptum est: *nam non est lat.* Quamquam ceteris omnibus locis, ubi extat huius vocis nominativus (e. g. Isid. orig. 6, 17, 4) *laterculum* n. invenitur, tamen non est, cur hoc loco mutemus; nam in sequiore latinitate nomina maxime deminutiva modo masculini, modo neutrius generis sunt.

***liber.** III 351, 73 *liber βιβλιον;* it. III 395, 27. 381, 58 cet. — II 122, 39 *liber βιβλιον, φλους.* — V 506, 14 *liber volumen.* — III 408, 75 *libris biblioes.* — V 463, 20 *liber dialecticus liber disputationis.* — V 369, 1 *liber a cordico* (*cortice* cod. Epin.) *dicitur, quia veteres in cortice scripserunt;* cf. gr. lat. VII 213, 11; suppl. 100, 18; Serv. ecl. X 67; Aen. XI 554 G. Isidori autem potius orig. 6, 13, 3 quam 17, 6, 16, ut annotat Goetz, afferendum est. Praeterea conferas gr. lat. I 552, 29 „liber *βιβλίον*“; quae glossa invenitur in capite „nomina apud Romanos masculina, apud Graecos neutra“ inscripto. In glossis autem, quibus eadem fere inscriptio est, legimus: II 492, 5 *librum* (*liber* a e) *βιβλιον.* Etsi hoc loco *librum* errori librarii debetur, tamen monendum est *librum* etiam neutrum in glossariis inveniri: III 25, 3 *βιβλιον librum;* it. III 352, 20. 198, 31; cf. Heraeus l. l. p. 43; Appel

l. l. p. 105, quorum tamen neuter annotat grammaticos quoque genus *liber* vocabuli ambiguum fuisse affirmare; inspicias quaeso gr. lat. V 581, 32 (*de dubiis nominibus*) „liber generis masculini“ eqs. — III 277, 38 *η βιβλος, το βιβλιον, η δελτος liber*; cf. Birt, Buchw. p. 13 sq. 51. 61. 480; Abr. p. 381; Arch. VI 223 sqq.

libellus. II 491, 39 *libellus βιβλιον*; it. III 337, 3. 511, 42. — II 257, 37 *βιβλιον hic libellus, liber, codex*. — II 454, 37 *libellus γραμματειον*. — III 34, 6 *δια βιβλιδιον per libellum*; it. III 387, 22. 388, 48. — III 478, 18 *per libellum δια βιβλιου*. — III 31, 45 *δι᾽ επιστολιδιον per libellum*; cf. Birt, Buchw. 22 sqq. 291. 420, 1. 503; Buchr. 22 sq.; Arch. VI 242 sqq.; Mitteis-Wilcken I_1 p. XXXI, 2.

libellio. II 257, 39 *βιβλιοπολης* (*βιβλιοπωλης* e) *libellio*. — II 257, 38 *βιβλιογραφος librarius, libellio*. — II 586, 37 *libellio ubi codices venduntur*. — Vertit *βιβλιοπώλιον* G; sed *ubi* idem valere potest quod *apud quem* (Birt). — V 643, 54 *libellionem a libello ut tabellionem a tabolis*; cf. Non. 133, 26 G.

***librarius**. III 199, 9 *bibliografus librarius*; it. III 129, 59. 307, 21. — II 337, 30 *καλλιγραφος librarius*; it. III 454, 45. 485, 27. — III 490, 54 *bibliopolus librarius*. — II 122, 44 *liberarius, lib*[*e*]*rar*⟨*i*⟩*us* (G) *γραφευς*. — III 327, 23 *ορθοστατης librarius*. Quae glossa, quamquam inter glossas ad rem librariam vel ludum litterarium spectantes tradita est, a *libra*, non *libro* tracta videtur esse, ut huic capiti falso iniuncta sit; cf. II 322, 39 sq. *ζυγοστασιον librarium*; *ζυγοστατης libripens*. De *librariis* cf. Isid. orig. 6, 14; Birt, Buchw. 207 sq. 348. 356 sqq. 507; Buchr. 198; Wattenbach l. l. 158. 242. 244 aliisque locis.

lyrici poetae. V 523, 30 *lyrici poetae a varietate carminum dicti*; cf. Isid. orig. 8, 7, 4 „lyrici poetae *ἀπὸ τοῦ ληρεῖν* (*λυρεῖν* ed. Otto, codd. *lirin*), id est a varietate carminum. Unde et lyra dicta“; ibid. 3, 22, 8 „lyra dicta *ἀπὸ τοῦ ληρεῖν*

(*λυρεῖν* ed. Otto) a varietate vocum, quod diversos sonos efficiat"; gr. lat. suppl. CLXXIII „liricos (suprascr. *varios*) lira dicitur apo tu lirin i. a varietate cordarum"; gloss. ad Prud. cathem. IX 3 „lyra dicitur a varietate chordarum: lyrin Graece varietas".

manuale. III 210, 3 *enchiridion manuale;* it. III 493, 7. — II 284, 20 *εγχειριδιον manualium.* Forma *manualium* est volgaris sermonis, cf. II 475, 22 *lateralium.* — V 605, 6 *manuale liber ad gerendum aptus qui enchiridion dicitur.* — V 290, 9 *enchiridion graece quod manu tenetur.* — Osb. 195 *enchiridion liber manualis.* — IV 536, 49 *manubla iteratio doctrinae;* it. V 309, 37. 604, 19, item post 373, 20 cod. Epin. Graevius legit: *manubiae spoliatio, rapinae*; Semlerus: *manuale litteratio, doctrinale* vel *iteratio doctrinae.* Sed nihil certi hic affirmare licet; commemorandum autem est *iteratio doctrinae* esse interpretamentum *dogmata* lemmatis his locis: IV 508, 11. V 409, 24. 287, 46.

matrix. II 260, 10 *βρεβιον matrix* (= *Brief* Buecheler). Fortasse vir clarissimus rectius scripsisset *Schriftstück;* conferas enim Boisson. I 410 *βρένιον: ἡ κατ᾽ ἐπιτομὴν σύντομος γραφή. βρέβιον* et *βρέονιον* formas afferunt E. A. Sophocles s. v. et Wessely, Wien. Stud. 24 p. 126. Utrum de *breve* an *brevis* tractum sit vocabulum, vix discerni potest; cf. gr. lat. I 546, 20 „as assis *ἀσσάριον.*"

***membrana, -um.** III 273, 12 *διφθερα membrana;* it. III 327, 50. 514, 45. 24, 31. — III 109, 17 *τας δισθερ[ι]ας membranas.* — III 136, 14 *disteras membrane* (= membranas). De *disteras* scriptura cf. W. Schulze, Orthogr. II p. 9. — III 194, 17 *diphtera membranum.* — II 279, 16 *διφθερα το βιβλιον membranum, codex.* — III 375, 65 *membrana σωματια.* — III 38, 42 *membranum σωματιον.* — II 128, 40 *membrana διφθερα, σωματια* (= *σωμάτιον?*). Genus vocabuli in latinitate sequiore ambiguum esse satis notum est (cf. Appel l. l.); inprimis autem medici

semper fere neutrum usurpare videntur, id quod ex capitibus vol. III C. Gl. L. *de membris humanis* concludi potest. Itaque Priscianus (gr. lat. II 77, 19) et Asper (ibid. suppl. 46, 27) monent *membrana* esse feminini generis; cf. Birt, Abr. p. 291 ann. 1.

membranarius. III 371, 28 *membranarius διφθεροποιος.* — III 25, 38 *διφθεραρις membranarius;* cf. Edict. Diocl. p. 19; Diefenbach l. l. „membranarius pergamener, pergamenter, permenter". De vocabulis Graecis in *-αριος* vel *-αρις* cadentibus cf. Wien. Stud. 24, 101. Annotare liceat Firm. math. 8, 8, 1, ubi cod. *σ pictas machaerarios,* cod. a *pyctomacharios* exhibet, fortasse *pyctomachaerarios* restituendum esse; cf. C. Gl. L. III 308, 25 *carrocarpentarius;* it. III 525, 50.

***membrum.** III 25, 29 *μηλη membra.* Glossa tradita est inter has: III 25, 28 sqq. *στοιχια elementa; μηλη membra; πυξον buxum; ελεγχος titulus.* Hoc loco, ubi de ludo litterario agitur, eam non aptam esse nemo est quin videat. Itaque putaverim eas partes glossarum in vol. III extantium, quae per capita res disponunt, aut conscriptas esse e glossis olim non nisi ad elementa digestis aut certe postea a librario inepte esse immutatas. Haec glossa prompta esse potest ex serie huiusmodi: II 128, 38 sqq. *membra μελη; membranum υμην; membrana διφθερα, σωματια.* Ideo scripserim (III 25, 29) *διφθερα membrana,* nisi forte potius interpretamentum depravatum vel immutatum est et sic emendandum: *μελη cola* vel invicem *κωλα membra* (cf. Rufin. rhet. lat. 578, 41 „membrorum id est *κώλων*"). Tales enim errores inveniuntur non semel in capitibus *de ludo litterario* inscriptis, e. g. III 375, 77 *praepositio προβλημα* (= *πρόθεσις*); III 375, 61 *oratio ευχη* (= *λόγος*); it. III 352, 33; III 381, 37 *ad casulam προς υποστεγην* (= ad clausulam *πρὸς ὑποστιγμήν*); III 198, 63 *psiphopectis cauculator* (= psephistes); III 327, 23 *ορθο-*

στατης librarius (= *βιβλιογράφος*); III 121, 32 *perigrafo* (= *παραγράφω*) *preduco* (= describo).

*minium. III 327, 60 *κινναβαρις minium.* Minii non semel mentio fit, cum de libris conscribendis vel ornandis scriptores loquuntur; cf. Birt, Buchr. p. 20; Wattenbach l. l. p. 143 sqq. 196 sqq.

monimentum. II 246, 54 *αρχιον monumentum.* — II 130, 41 *monumenta ιστοριαι, συγγραφαι αρχεαι* (*αρχαιαι* e). Haud scio an hoc loco duce priore *συγγραφαί, ἀρχεῖα* scribendum sit; aliter Goetz, qui legit *συγγαφαὶ ἀρχαῖαι.*

mythologia. III 500, 31 *mathologia fabularum ratio;* cf. II 132, 47 *naturae ratio φυσιολογεια;* III 509, 58 *astrologia astrorum ratio.*

nenia. II 308, 37 *επικηδιον haec nenia;* it. II 497, 27. — II 133, 28 *nenia επιταφιος ωδη;* cf. gr. lat. I 33, 17. 549, 19 G. — IV 123, 37 *nenia carmen funebre;* it. IV 124, 4. 261, 39. V 467, 53; cf. schol. Hor. carm. 2, 1, 38 „nenia carmen lugubre, quod mortuis dicebatur, quod nunc Graece epithaphion appellant". — V 34, 5 *neniam finem alias carmen mortuorum;* cf. Fest. p. 161, 16; Plaut. Trin. 213 G. — II 284, 14 *εγκωμια νεκρων neniae singularia non habet.* — II 462, 61 *υμνοι επι τοις νεκροις neniae singulare non habet.* — IV 122, 45 *neniae cantica in mortuos;* cf. gr. lat. VII 281, 10 „nenias autem dicunt epitaphia id est carmina, quae in memoriam mortuorum in tumbis scribuntur". Quocum loco certe cohaeret haec glossa: V 573, 21 *nenias finis vel vilissimas fabulas vel epitaphia id est carmina, quae in memoria⟨m⟩ mortuorum in tumbis scribuntur.* — IV 122, 52 *nenias deleramenta set proprie carmen funebre* (a); sim. V 119, 43. IV 124, 2. V 467, 54. 86, 19. 467, 52. — V 374, 1 *nenias carmen funebr[a]e mulierum vel deleramentum* (*deleramenta* cod. Epin.). — V 226, 3 *nenias dicuntur carmina senilia et mortalia.* — V 226, 4 *nenias novissima cantica qui* (= *quae*

cod. Vat. Pal. 1773) *ad mortu⟨um⟩ dicuntur*; cf. scr. r. m. 444. — II 132, 19 *naenia ατονια* (= ἀτοπία G). — V 644, 67 *nenia ineptum carmen*; cf. Non. 145, 24 G. — V 467, 48 *nenias superfluas loquacitates*, *fabulas inanes seu vilissimas res*; sim. IV 368, 7. 541, 8. 261, 1. V 313, 3 cet. Qua de vocis significatione egit Heraeus l. l. p. 10. — V 416, 21 *nenias mendatium*; cf. Hieron. in Matth. prol. G.

Odyssia. V 585, 7 *odissia liber homeri ubi continentur gesta odissei id est ulixis, qui grece odisseus dicitur.*

offendix. IV 132, 3 *offendis* (*offendix* a) *nodus proprias* (*proprie* a) *quo apex flaminum rest⟨r⟩ing[u]itur et remitur* (= *remittitur* a). — V 606, 32 *offendices nodi quibus libri signantur* (= ligantur Cerda); cf. Goetzii annot. in ind. C. Gl. L. Quamquam concedendum est glossam alteram habere, quod suspicionem moveat, tamen fieri potuisse puto, ut vocabulum in latiore sensu adhiberetur; cf. Diefenbach l. l. „offendix knopff o. pandt, domit man pucher pindet“.

opicus. II 19, 29 *apicus οππικιστης ως ιουβεναλιος*. — V 654, 47 *opici mures id est rosores litterarum. opicin dicitur minuere litteram loquendi* (Keil: opicizin); cf. Iuv. III 207 G; Du Cange s. v.; Diefenbach l. l. „opicus knager“; Birt, Buchw. p. 365. Certe vox *opicus* nimiam rusticitatem designat; cf. Birt, Der Hiat bei Plautus eqs. p. 129.

***pagina.** III 352, 25 *pagina σελις*; it. III 71, 34. 25, 7. 377, 66 cet. — V 544, 67 *paginis libris*. Saepius *pagina* pro *liber* occurrit, e. g. Mart. Cap. V 566. — V 653, 2 *millesima pagina magna scriptura*; cf. Iuv. VII 100 G.

papyrus (cf. s. v. **bibula**). III 428, 14 *παπυρος papyrus*. — II 314, 4 *παπυρον papyrum, scirpus*. — V 555, 44 *papirio id est epistole vel naves et intellegitur abis propter velocitatem.* Glossam esse contaminatam non annotat Goetz, qui scribit in indice ⟨*n*⟩*avis* pro *abis*. Prior glossae pars: *papiro* (vel *papiri*) *id est epistole vel naves* fortasse revocanda est ad

Lucan. 4, 135 „Conseritur bibula Memphitis cymba papyro“. Contra Isid. orig. VI 10, 1 „. . . . ait Lucanus: Conficitur bibula Memphitis carta papyro“. Inde interpretamentum explicari potest. Pars altera sic scribenda videtur: *papirio abis* (= *avis* vel *apis*) *propter velocitatem;* legitur enim gr. lat. suppl. 110, 7 „hic et haec papirio idest avis qui nunquam crescit“. Idem autem *papirio* est atque *papilio;* nam Donatus (gr. lat. IV 376, 18) posuit in eodem contextu „hic et haec papilio“. Utrum *avis* an *apis* forma melior sit, hoc loco non disserendum est; sed ego quidem *avis* lectionem praefero; cf. ind. C. Gl. L. s. v. *papilio.* Librarium *propter velocitatem* fortasse adiecisse, cum *abis* de *abire* tractum esse putaret, suspicatur Birt.

pentateuchus. II praef. XIV *pentatheucus quinque librorum continentia et coniunctio; penta enim quinque dicitur et quinque libros moysi pentatheucum vocamus;* cf. Isid. orig. 6, 2, 1 sq. G. — V praef. XVIII *panchia adiacens domus id est quinque volumina moysi unde apostolus ait quinque verba se velle in ecclesia loqui.* Quam glossam contaminatam pertinere ad Eucherii instructiones mihi persuasi, cuius verba sunt haec (C. S. E. L. XXXI p. 160) „paroecia (paroechia AV) adiacens domus id est dei. pentateuchus quinque volumina, id est Mosi (moysi V) libri quinque, unde apostolus quinque verbis ait velle se in ecclesia loqui“.

pergamina, -ae. gloss. Werth. Gallée 341 *pergaminis membranis, quae solitum est radere.*

periocha. II 403, 47 *πεϱιοχη βιβλιον ⟨perio⟩cha, hoc argumentu⟨m⟩.*

Phasma. V 538, 51 *phasma menandri fabula;* cf. Ter. Eun. v. 9 G.

pittacium. II 408, 23 *πιτταχιον pittacium, brevis.* — V 379, 9 *pitacium membranum modicum.* — V 608, 59 *pictatium*

epistola brevis et modica. Inde fortasse haec glossa: *psitacia pistalia* (III 415, 43) sic emendari potest: *pictacia* ⟨*e*⟩*pistolia.* — V 416, 44 *pitatiola membranula;* cf. Hieron. in Matth. 23, 6 G. — V 608, 62 *pictatiuncula membrana.*

plastographa. IV 144, 31 *plastogravis falsis scriptis;* it. IV 268, 15. 548, 27 cet.

pluteus, -um. V 655, 25 *pluteum tabulatum;* cf. Iuv. II 7 G. — V 474, 10 *pluteum sedile grammaticium vel armarium;* cf. Sid. ep. 2, 9, 4 „huc libri affatim in promptu — videre te crederes aut grammaticales pluteos" eqs. — IV 377, 50 *pluteum arma, sedule* (= *sedile* a d e), *armarium;* cf. schol. Iuv. II 7 „pluteum armarium".

politicus liber. cod. a ante IV 146, 6 *politicus liber vita urbana.* — V 234, 23 *polipticus liber vita urbana;* cf. Cic. ad fam. VIII 1, 4 „tui politici libri omnibus vigent". Pro *vita* expectes *acta* (Birt); Goetz affert schol. ad Att. Pol. p. 43 „polypticum est multorum conscriptio". Sed hoc loco *p* littera falso invasit; ut enim in verbi initio, ita medio in verbo *p* ante *t* modo scriptum est, modo non; cf. V 3, 9 *monotonga;* V 45, 10 *monoptonga;* qua de re inspicias W. Schulze, Orthogr. II p. XXIV sqq.

praefatio, prooemium. II 156, 40 *praefatio προλογος, προγραφη, προλεγομενη λαλια.* — II 156, 15 *praefatio προαγων και προλογος και προοιμιον.* — II praef. XXXVII *prologos praefatio.* — II 419, 34 *προοιμιον hoc proverbium, hoc exordium, praefatio, primordium* (*proverbium* = *praeverbium?* sed cf. Diefenbach l. l. „proverbium forred"). — IV 269, 22 *praefatio praealogutio* (*praelocutio* a b); cf. Isid. orig. 6, 8, 9 G. — II 415, 47 *προαγορευσις praefatio.* — II 417, 8 *προδιαλεξις praefatio.* — III 5, 3 *praefatio ικεσια.* — IV 148, 42 *prologus sequentis operis praefatio;* it. IV 556, 16. V 137, 48. — IV 274, 35 *proemium prefatio;* it. V 416, 20; cf. Hieron. in Matth. prol. G. — IV 154, 12 *praemium provatio dictionis* (= praefatio dictionis).

— V 323, 10 *praemium initium dictionis.* — IV 420, 36 *proemium conpositio verborum* (= propositio, ⟨pro⟩verbium?). — V 417, 36 = 426, 47 *proemiis praefacionibus;* cf. Cassian. inst. 10, 7, 3 G. — V 137, 33 *proimus* (= proemiis) *initiis litterarum id est versiculi⟨s⟩.*

quaternio. II 454, 4 *τετραδιον quaternio;* it. II 516, 32. — II praef. XXXVII *tetras quaternio;* it. II 454, 26. 513, 10. Primum *quaternio* extare videtur Edict. Diocl. VII 38.

recenseo. IV 278, 27 *recensat recitat, recognuscit* (*recenset* . . . *recognoscit* d). — IV 560, 41 *recensit numerat* (b) *aut religit vel recognoscit;* it. IV 160, 33. — V 328, 42 *recensus recognitus;* it. V 388, 11. IV 385, 5. — V 39, 10 = 96, 10 = 143, 40 *recensiti libri non recenseti, quomodo praebiti non praebeti;* cf. Neue-Wagener III 535 sq., ubi *recensetus* forma ex mss. affertur.

recognosco. II 229, 10 *αντιβαλλω recognosco.* — II 169, 44 *recognoscit αναγνωριζει, προσαντιβαλλει.* — II 169, 45 *recognoscas προσαντιβαλλης.*

satiricus. IV 564, 50 *satiricus morum descriptor* (cod. b); it. V 631, 28. — V 513, 17 *satirici poetae a saturitate dicti et copia eo quod pleni sunt omni facundia;* cf. Isid. orig. 8, 7, 8 G.

***scapus.** III 327, 48 *τομος χαρτος* (= *χαρτου*) *scafus.* — II 179, 35 *scapus τομος βιβλιων, χαρτης.* — IV 422, 53 *sc[i]aphus certus numerus tumorum cartae scriptae;* it. V 610, 60. — V 514, 58 *scapus certus numerus, tumulus.* — V 482, 49 *scapus certus numerus.* — V 482, 52 *scasus tumulus chartarum;* it. V 514, 61. Ex una glossa duae factae sunt; cf. Birt, Buchw. p. 239 sqq.; Buchr. p. 164. 199; Abr. p. 268 sq.; aliud enim est *scapus τόμος χάρτου,* aliud *scapus certus numerus tomorum.* — II 179, 34 *scapi κανονες γερδιακοι και καρτου τομοι.*

***scheda, schedula.** III 327, 49 *οπισθογραφον schida.* — IV 422, 52 *sceda carta scripta et proiecta.* — V 482, 57

scheda charta scripta. — V 586, 1 *scedae dicuntur quae necdum redactae sunt in libris, sed habentur et emendantur in chartis;* it. V 657, 23; cf. Isid. orig. 6, 14, 8 G; cui loco adiciam Hieron. in Matth. prol. „schedulae, quando emendentur, quo spatio digerantur ad purum". — V 243, 10 *sceda carta scripta per sola⟨m⟩ s* (h. e. non per *isc-?* non per *sch-?* G); cf. L. Sommer l. l. p. 19. Praeceptum glossographi spectare ad *scheda* formam puto propter haec verba Charisii (gr. lat. I 105, 12) „scida charta sine aspiratione a scindendo dicta est. sed alii eam cum aspiratione ex Graeco ἀπὸ τοῦ σχίζειν dictam putant". — IV 566, 40 *scedolae paginae;* it. V 331, 2. — V 224, 30 *scedule carte.* — V 331, 33 *scidolae paginae deletae.* De hac vocis orthographia cf. Birt, Abr. p. 381.

scholia. V 243, 18 *scholia idem et excerpta.* — V 585, 22 *scoli[c]a dicuntur causae summatim excerptae;* cf. Isid. orig. 6, 8, 2 „primum genus excerpta sunt, quae Graece scholia nuncupantur; in quibus ea, quae . . ., summatim et breviter praestringuntur".

***scrinium.** III 327, 24 *βυβλιοφοριον serenium.* — II 532, 6 *scrinium carthodece.* — II 475, 55 *χαρτοφυλακιον scrinium, charturalium;* cf. s. v. **chartularium.**

Sosii. V 611, 56 *Sosii duo fratres, qui bonos libros emebant et eos postea praeparando multum lucrabantur in vendendo.* — V 624, 2 *Susii sunt venditores librorum sicut horatius;* cf. schol. Hor. epist. 1, 20, 2 „Sosi⟨i⟩ illo tempore fratres erant bibliopolae celeberrimi".

stroma, stromateus. V 585, 21 *stroma varietas inde stromatum liber ex variis rebus aut diversis auctoribus compositum* (=-us); cf. Hieron. ep. 84, 3 „stromatum liber" (ς stromateon). — V 523, 12 *istiomates* (= στρωματεῖς?) *commentarii scientiae;* it. IV 252, 35. — IV 87, 14 *histromatus commentarii scientiae.* — IV 176, 26 *stromatis commentariis scientiae;* it. V 213, 44. Terminatio interpretamenti falso accom-

modata videtur lemmati; revoco enim glossam ad Hieron. de vir. ill. 38 „στρωματεῖς libri octo“. — V 392, 2 *straomateistos huius varietatis.* Hic lectionem στρωματεῖς, -τέων proponam, nisi potius ipsum *libri octo* per compendium scriptum illis *tos* litteris subest. Fortasse autem genuina forma glossae erat haec: *stromateis, -ta varietates,* quae a librario, qui *tos* pro *ta* legit, immutata est. *στρώματος huius varietatis* legit Birt.

threnus, threnum. V 526, 36 *threnum est carmen lamenti et funeris;* cf. Isid. orig. 6, 19, 18 G. — V 397, 50 *trenis lamentationibus.* Eandem glossam, quamquam variae sunt lectiones, extare puto his locis: IV 186, 18. 573, 42. 291, 35. — V 389, 51 *strenas* (= threnus) *carmen lamentabile.*

***titulus** (cf. **inscriptio**). III 351, 74 *titulus ελεγχος;* it. III 25, 31. 395, 28 cet. — II 294, 40 *ελεγχιον* (e) *titulus.* ἐλέγχιον nova forma fortasse eo orta est, quod librarius *titulus* pro deminutivo habebat. — II 198, 48 *titulus επιγραφη.* — III 70, 51 *tituli αναγραφαι;* it. III 238, 51. — III 488, 51 *anagraphia titulus.* — III 465, 40 *titulus στηλη, ελεγχος, αναγραφη.* — II 456, 33 *τιτλος titulus.* — III 382, 34 *ad titulum προς τον πινακα.* — IV 292, 16 *titulus nota, indicium.* — IV 184, 26 *titulis significationibus vel indiciis;* it. IV 574, 48; gloss. Werth. Gallée 355 *titulum graece*(!) *capitulum,* ubi pro *graece* legas *anagrafe.*

tomus. V 517, 1 *tomus carta.* — V 395, 44 *thomum librum.* — V 356, 16 = 409, 23 *domus* (= tomos) *libros;* cf. Hieron. de vir. ill. 109 G; Isid. orig. 6, 8, 2 „tomi, quos nos libros vel volumina nuncupamus“.

tragoedia (cf. **comoedia**). cod. a post IV 186, 32 *tragoedia composita fabula;* it. IV 572, 40. — V 396, 8 *tragoedia belli⟨ca⟩ cantica vel fabulatio.* — V 418, 10 = 426, 49 *tragoedia bellica cantica vel fabulatio vel hircania, trago enim ircus;* cf. Euseb. eccl. hist. 1, 8 G. — V 102, 10 *tragoedia est genus carminis quo poete regum casus durissimos et scelera inaudita vel deorum res alto sonitu describunt*

(cod. Vat. Pal. 1773). — IV 185, 46 *traguedia luctuose relationes.* Schuchardt l. l. III 259 affert *traguedus* formam. — IV 425, 6 *tragodia storiae* (= storia?) *tragodiae.* — V 426, 50 *tragoediae* (= -a) *carmen luctuos[or]um;* cf. Euseb. l. s. s. G; gr. lat. suppl. CCXV 9 „tragoedia quid? carmen luctuosum" eqs. — V 426, 51 sq. *tragoediae sunt carmina quae constant exempl[i]is mortuorum hominum et deplorant miserias hominum; trago enim hyrcus;* cf. Euseb. l. s. s. G. — V 486, 52 *tragoecis* (= tragoedie?) *gentium fabulae, carmina poetarum* (gentes = Heiden, cf. Arch. VI 358 sq.). — V 250, 9 sqq. *tragoedia est quae res publicas amplissimas et regum historias continet. tragoediam autem a Melpomene musa asserunt poetae inventam. dicta autem est, ut quidam ferunt, a trago, hoc est hirco, quod initio canentibus praemium erat hircus. iam dehinc tragoedia per insequentes poetas multum florem adepta est in choris, in* (= *i. e.* Leo, quod tamen supervacaneum, si pro *choris* ponitur *choreis* = Taenze, Birt) *canticis et argumentis fabularum ad veritatis imaginem fictis. tragoedias autem Ennius fere omnes ex graecis transtulit, plurimas Euripides* (= ex Euripideis, Usener) *nonnullas Aristarchus* (=Aristarchiis, Usener). *tragoedias comoediasque primus egit idemque etiam conposuit Livius Andronicus duplici toga infulatus. tragoedorum cothurni sunt quos quidam etiam colonos* (= calones) *appellarunt*; cf. Isid. orig. 8, 7, 5. 19, 34, 6; Usener, Mus. Rhen. XXVIII 418; Maurenbrecher, Berl. ph. W. 1899 p. 1308 G; Funaioli l. l. p. 320. Cui non placet coniectura Useneri supra annotata, ei post *Aristarchus* supplendum est: *ei praestitit* vel *commodavit* vel tale quid (Birt).

***umbilicus.** III 327, 27 *ομφαλος umbilicus.*

***volumen.** III 25, 4 *τευχος volumen;* it. III 198, 32. 375, 68. II 454, 43; cf. Eucher. instr. p. 161, 7 „teuchus volumen". — IV 426, 39 *volumen liber a volvendo dictus;* it. IV 296, 41; cf. Isid. orig. 6, 13, 2 G. Hoc loco monendum est in glossariis nullo loco *βίβλος* vel *βιβλίον* per *volumen* conversum esse. — III 327, 25 *τευχος arma, volumen.*

Qua de glossa cf. Birt, Buchw. p. 16 sq. et 92. Cum tradita sit in hac serie: *βυβλιοφοριον scrinium; τευχος arma, volumen; στοχευτης* s. interpr. (postea ins. m. 1); *ομφαλος umbilicus*, aut *arma* pro *armarium* scriptum et glossae primae attribuendum esse, aut *arma* additum esse alteri glossae puto; Servius enim dicit (Aen. II 99) „arma sunt instrumenta cuiuslibet rei". Praeterea conferas hanc glossam: V 377, 50 *pluteum arma, sedile, armarium*, quam si sequimur, *arma* etiam primae glossae attribuere possumus. Sed sive legimus *βυβλιοφοριον scrinium, armarium* (vel *arma*), sive *τευχος arma, volumen*, non genuinum esse *arma* suspicor. Ubi enim in capitibus de certa materia conscriptis bina interpretamenta invenimus, alterum postea adscriptum videtur. Quam ad sententiam comprobandam afferre liceat haec exempla: III 198, 37 *analogium manuale;* it. III 352, 21. 277, 41. 109, 42/44; contra III 327, 22 *αναλογιον manuale, lectorium.* — III 198, 56 *pedia erudicio;* it. III 352, 15; contra III 327, 18 *παιδια eruditio, instructio.* — III 25, 22 *μαθηται discentes, discipuli* (*disc.* om. a b). — III 25, 27 *διορθωσις ⟨e⟩mendatio, correptio* (*corr.* om. a b). — III 24, 31 *διφθεραι membranae, pelles* (*pell.* om. a b). — III 24, 12 *βικος fidellia, doliolum* (*dol.* om. a b) aliaque id genus. Hoc loco commemorare mihi liceat Birtium (Buchr. 21, 2) certa capita glossariorum, quibus ibi utitur, ad antiquiorem rei librariae formam pertinere contendere. Quod tamen non nisi ex parte verum videtur. Legimus enim in eadem parte, ex qua *volumen τευχος* affert (III 375, 68), etiam haec: *membrana σωματια* (III 375, 65); *folium φυλλον* (III 375, 66). Qua ex re elucet conversationes cottidianas et ceteras huiusmodi partes glossariorum antiquis quidem temporibus esse compositas, sed postea, ubi usus vitae immutabatur, nomina quoque magna ex parte mutata esse. Hoc eo facilius fieri poterat, quod his glossis maxime discipulos, ut duas linguas discerent, usos esse apparet.

Conclusio.

Iam ad finem perveni. Sed rem, quae erat exploranda me magis attigisse quam absolvisse neque omnes huius quaestionis difficultates expedivisse ipse haud ignoro. Satis autem habeo ad materiam cognoscendam et ad obscuritatem, qua teguntur ex parte glossaria, levandam stipem aliquam contulisse. E vocabulis enim et interpretamentis rei librariae et institutionis scholasticae a me congestis concludi mihi posse videtur capitum vol. III C. Gl. L. alia esse conscripta antiquiore, alia recentissima aetate, recentiore inprimis *Hermeneumata Stephani*, quibus insunt talia: *folium φύλλον*, *membrana σωμάτια*, *oratio εὐχή*, *ablativus ἀποκομιστικός*. Itemque omnes fere glossae vol. II, IV, V ad rem librariam pertinentes ad inferiorem vel infimam aetatem spectant, id quod non repugnat eis, quae dixit Goetz (R. E. VII_1 1433 sqq.) de temporibus, quibus conscripta sunt glossaria.

Nonnullas autem glossas in conspectum dedi, quas nimis neglegunt viri docti, qui hodie de re grammatica, libraria, sim. libros condunt. Itaque indicem in proxima pagina adicio earum, quas emendare vel explicare conatus sum quibusque maxime augeri rerum illarum quas dixi accuratam notitiam puto.

Index.

	pag.
ademarus	1
album	81
anapaestus	54
antescholanus	1
arroganter	56
bibliopola	83
bibliothecarius	84
buxum	26
calabri	85
calculator	46
capitularius	85
cavilla	4
cerarius	27
chartarium	28
comicus	87
data die	90
delticus	6
de-discriptio	29
deverbium	91
docilis	8 sq.
dramatis mutatio (?)	92 sq.
ecloga	93
ectasis	61
edictum	93 sq.
educarius	10
ephemeris	95 sq.
epicoenum	62
epilogus	96 sq.
epistula	98 sq.
epistulor	99
eruditus	12
eulilogus (?)	63
exodium, exodiarius	100 sq.
extremalis	101 sq.
Fauniorum modorum	64
ferula	13 sq.
Fescennina	103 sqq.
folium	105
frequentatívum	65
hexaemeron	107
hexapla	107
hieraticas litteras	32 sq.
historicus	108 sq.
hodoeporicum	109 sq.
homonyma	68
indiculum	110
interlitus	34
iterativum	71
lampium (?)	50
librarius	112
limpidus	34
magister	17
meditullium	18 sq.
membranarius	114
membrum	114 sq.
motacismus	72
nefrenditium	19
offendix	116
papyrus	116 sq.
pentateuchus	117
politicus liber	118
praeduco	36 sq.
praepositio	75 sq.
scriptura	40 sq.
stilus	41 sq.
subdoctor	22 sq.
tocuis (?)	49
togiphorium	23
volumen	122 sq.

VITA.

Gustavus Esau natus sum in vico Waldecciae, cui nomen est Bergheim, die XVIII mensis Martii anni 1890 patre Adolpho, matre Carolina e gente Brandau, quos superstites esse valde gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae.

Primis litterarum elementis in vici patrii ludo instructus et rudimentis bonarum artium a patre privatim imbutus sum. Vere anni 1903 pater me gymnasio Cassellano, quod lyceum Fridericianum vocatur, educandum tradidit, ubi receptus sum in partem inferiorem classis tertiae. Maturitatis testimonium circa pascham anni 1909 adeptus ut studiis philologis atque historicis me dederem, almam matrem Philippinam adii, cuius civis fui per sex menses. Deinde bis senos menses Monachi versatus autumno anni 1910 iterum Marpurgum me contuli ad studia perficienda, cuius universitatis civis usque ad ver anni h. s. XIV fui. Hic examen rigorosum superavi die XI mensis Februarii a. 1914 atque ad diem promotionis versatus sum.

Instituerunt me viri doctissimi Monacenses: de Bissing, Burger, Crusius, Drerup, Heisenberg, Hellmann, Lommatzsch, de Pöhlmann, de Schwerin, Vollmer, Weymann; Marpurgenses: Birt, Brackmann, Busch, Hartmann, Jacobsohn, Kalbfleisch, Klebs, Maass, Natorp, Rade, de Ropp, Suchier, de Sybel, Thiele, Vogt.

Ad proseminarium philologum Monacense per bis senos menses aditum mihi praebuerunt Jacobsohn et Otto. Ut in seminarium philologum Marpurgense reciperer — cuius sodalis ordinarius per quattuor semestria fui atque per unum senior — benignitate effectum est Birtii, Kalbfleischii, Maassii directorum Praeterea admiserunt me exercitationibus historicis per septem semestria Hellmann, de Pöhlmann, Klebs, grammaticis per quattuor semestria Chr. Jensen et Jacobsohn, palaeographicis per sex menses Brackmann.

Quibus omnibus viris bene de me meritis gratias ago, inprimis autem Theodoro Birt viro humanissimo, qui ad hoc opusculum suscipiendum me invitaverit et studiis meis semper benignissime faverit.

